

**Colección:** Filosofía Colonial / Fuentes

**Fernando Braco OFM**

---

**LOGICA  
(1795)**

---

**Transcripción, Introducción y Notas:**

**Celina A. Lertora Mendoza**

---



FUNDACIÓN PARA EL ESTUDIO DEL PENSAMIENTO  
ARGENTINO E IBEROAMERICANO  
F.E.P.A.I.

**FERNANDO BRACO OFM**

**LOGICA**  
*(1793)*

Braco, Fernando

Logica 1795 / Fernando Braco. - 1a ed. - Ciudad Autónoma de Buenos Aires : FEPAI, 2025.

Libro digital, PDF

Archivo Digital: descarga y online

ISBN 978-987-4483-67-6

1. Lógica. I. Título.

CDD 160

© Queda hecho el depósito que marca la ley

11.925 F.E.P.A.I.

Fundación para el Estudio del Pensamiento Argentino e Iberoamericano

Marcelo T. de Alvear 1640, 1° E – Buenos Aires

E. mail: fundacionfepai@yahoo.com.ar

**FERNANDO BRACO OFM**

***LOGICA***  
***(1793)***

**Transcripción, Introducción y Notas**

**Celina A. Lértora Mendoza**

**Buenos Aires**  
**Ediciones F.E.P.A.I.**





## Introducción

*Celina A. Lértora Mendoza*

Muy escasas noticias restan de la vida y obra de Fernando Braco OFM, que debemos en su totalidad al P. Furlong. En cuanto a su orientación académica, como todos los franciscanos, inicia sus cursos haciendo profesión de escotismo, pero de hecho en sus exposiciones sigue fuentes de otras corrientes, especialmente la tomista; no obstante en algunos casos se preocupa por defender las doctrinas de su escuela, sobre todo en Lógica. Me he ocupado en detalle de este aspecto, así como de un análisis más completo codicológico y paleográfico en mi traducción publicada como

Fernando Braco OFM

*Curso de Lógica (1795)*

Transcripción, Traducción, Introducción y Notas

Celina A. Lértora Mendoza

Buenos Aires, Ediciones F.E.P.A.I., 2006

El códice se conserva en la Biblioteca del Convento de Santo Domingo de Buenos Aires, sin signatura, y su carátula es la siguiente:

*Cursus Philosophiae ipsius partes / complectens, Logicam,  
nempe, Ethicam et / Meta // Physicam / Dictatus a Patre  
Fratre Ferdinando Braco / Cathedrae Artium Moderatore / In  
hoc Magno Convento Recolectionis Bonaerensis / Fuit incep-  
tus / audiente Fr. Quintana / Die [...] Julii anno Domini 1795.*

El manuscrito consta de 336 páginas útiles, hasta la 229 se copia el curso de Lógica y las restantes contienen el de Ética, al que le faltan unas 40 páginas. El escribiente fue alumno del trienio, ya que también copió el de Metafísica, conservado en la misma Biblioteca, pero desconocemos otros datos acerca de él.

El códice conserva la encuadernación original, con tapas de cartón forrado en pergamino desnudo sin doraduras ni adornos. Sus medidas son 20,7 cm de alto, 14,7 de ancho y 2,9 de lomo. Los cuadernillos, formados por folios plegados en octava, tienen regular estado de conservación. Varias páginas al final fueron arrancadas, presenta ataque de larvas de polilla que en parte impiden reconstruir palabras enteras y la tinta se ha desvanecido en algunos lugares, sobre todo en las primeras páginas, tornándose ilegibles hasta renglones completos. La tinta utilizada es ferruginosa fluida negra, firme en buena parte, salvo lo ya indicado. El papel es de fibra vegetal liso sin satinado y el instrumento escriptorio fue pluma de cañón de ave de corte muy fino.

La caligrafía de Quintana es irregular en el tamaño y extensión del encadenamiento de las letras, lo que hace variar considerablemente el número de líneas por página, oscilando entre 25 y 35. No marca los títulos de manera especial y sólo a veces usa una letra un poco mayor. En cambio, subraya mucho, palabras y hasta párrafos enteros, notables. En conjunto es clara y pareja. Hay pocas abreviaturas, son las sencillas y tradicionales, de modo que resultan fácilmente entendibles aun para el no especialista. En síntesis, el manuscrito (salvo la parte deteriorada) no tiene dificultades de lectura.

El Tratado de Lógica abarca las primeras 225 páginas y se divide en dos partes: la primera, llamada Súmula, es una suma de los temas

principales de la materia, y ocupa poco más de 70 páginas. La segunda corresponde a la Lógica Mayor o Disputativa donde se resuelven las “cuestiones disputadas” sobre las “cuatro” operaciones de la mente. Finalmente se añade un Tratado Suplementario con temas escotistas. Como ya se ha indicado, esta división bipartita es herencia escolástica, con la modificación de la “cuarta operación” mental. Estas divisiones y subdivisiones están bien marcadas en el texto y su sistemática queda clara en el índice final.

Dado que la transcripción completa presumiblemente se utilizará para análisis específicos textuales, he optado por una transcripción facsimilar, línea por línea, numeradas parra cada página del original que se marca al inicio entre corchetes. En nota se colocan sólo aquellas observaciones que no tuvieron cabida en las notas de la traducción.



FERNANDO BRACO OFM

[p. 1]

[Annus 1793]

CURSUS PHILOSOPHIAE IPSIUS PARTES  
COMPLECTENS  
LOGICAM, NEMPE, ETHICA ET META-  
<sup>5</sup>PHYSICAM

Dictatus a Patre Fratre Ferdinando Braco,  
Cathedrae Artium Moderatore.  
In hoc magno Conventu Recolectionis Bonaerensis.

Ab ipsoque dicatus Dei Matri almae, in qua tamquam  
<sup>10</sup> pulchritudo, tantaque puritas, ut sub Deo nulla major  
[...] <sup>1</sup> mequit utpote sine culpa labe concepta,  
dilectissimo etiam sponso Divo Joseph, quem [...] ipsius  
gratiarum donis, mentisque clarior, et concordii  
voce celebrant agnina caelitem.

<sup>15</sup> Necnon, et viro insignis mirabili plagarumque  
Christi Portatrici Seraphico Nostro S. Francisco et filio  
ejus perfectissimo imitaturi doctorique N. S. Bona-  
ventura, cujus doctrina, cujusque sanctitas, quasi ignis  
fulgens tamquam bassauri solidum ornatum [...]

<sup>20</sup> lapide pretioso florens

Fuit inceptus  
Audiente Fray Quintana  
Julii anno Domini 179[3]

<sup>1</sup> Textos rotos o borrados, hasta p. 7; lagunas de media, una o dos palabras cada vez.  
Se indica [...]

[p. 2]

[p. 3]

## PRAEFATIUM

**1.** Grammaticae difficultatibus superatis tempus est jam, dilectissimi in Domino discipuli, ut ad Philosophiae studium convoleris.

<sup>5</sup> **2.** Est igitur Philosophiae, si nominis etymon attendatur, sapientiae amor, seu studium sciendi; at juxta communem sensum usurpare est scientia, seu cognitio rerum omnium per suas causas aut effectus inquisita.

<sup>10</sup> **3.** Ejus autem originem ne aliunde quaeratis quam a Deo; id enim praterquamquod naturali lumine sapientis notum, testatur sapissime Sacra Pagina [...]:  
Eclesiast. c. 1, v. 1 *Omnis sapientia a Domino Deo est., et cum illo fuit semper, et est ante evum.* Et  
<sup>15</sup> Ps. 93: *Qui docet hominem scientiam.* Unde nam enim sapientiae lumen humanae menti illa bene potuit nisi ab eo, qui, ut ait Apostolus *lumen habitat inaccessibile.* Ab hoc ergo patri hominum repperitum est Philosophiae omnisque sapientiae origo, a quo  
<sup>20</sup> omne bonum procedit. Illam certe Adamo primus infundit, a quo per [...] potuit ad Noe [...] mum [...]; a Noemo vero ejusque natis ad ca[4]

[p. 4]

[...] et Hebraeos ab nisi ad [...] a quibus  
[...] quosque [...] populos successu  
temporum. Verumtamen primis illis  
temporibus hominum incuria sic obsolevit, ut qui  
<sup>5</sup> subsequentibus saeculis vivere non sine improbo  
labore illam sub ignorantiae tenebris alte difussam  
invenire, ac ad pristinum splendorem aliquatenus  
restituere potuerit.

**4.** Restauratam autem Philosophiae seriem, sumamque  
<sup>10</sup> vehementer optarem, trienni tamen angustiae  
ab hoc abstinent, cohaerent. Eam vero si (ut  
Philosophiae studiosos decet) perspectam habere [...]  
per otium vobis legat Patris  
Hauser, Altieri, Almeida et alios plures [...] <sup>15</sup>  
simul, ac compendio redactam Philo-  
sophiae historiam tradentes.

**5.** Inquirenda autem utilitate ac necessitate  
Philosophiae, non est etiam multum haerendum,  
cum notum sit, illas hominis mentem illuminare,  
<sup>20</sup> voluntatem insuper ordinare ac perfici.  
Philosophiae enim erit, quae verum a falso, atque  
Christianum in fide corroborat, atque ad ejus ad-  
versarios confutandis coercendos maxime  
conducit.

<sup>25</sup> **6.** Se partibus demum in qua Philosophia divi-

[p. 5]

di aliquid dicamur. Et quidem primo Plato tripartitam fuisse, in moralem, nempe, et naturalem, et rationalem, seu in Ethicam, Physicam et Logicam, testatu Augustinus, Libro 4<sup>o</sup> De Civitate Dei, cap. 4. Nunc autem<sup>5</sup> communiter in quatuor partes dividitur, videlicet Rationalem, Naturalem, Transnaturalem, Moralem, sive in Logicam, Physicam, Metaphysicam et Ethicam; et Logica quidem intellectum dirigit, Physica eidem rerum naturalium causas vi tendit.<sup>10</sup> Metaphysica ad altiora, subtilioraque meditanda erigit. Moralia tandem hominis voluntatem ad se ipsum bonum adducit; et hic quippe scopi est Philosophiae, ut enim ait Augustinus Libro 8 De Civitate Dei, cap. 1. Si Philosophiae nomen amorem sapientiam [...]<sup>15</sup> Deus autem sapientia est per quam facta sunt omnia, ille certe verus philosophus est qui amator est Dei. In hinc itaque finem in eas elucubrationem dirigens praefatas Philosophiae partes vobis exponam ipsis attendentes principiis. Recentiorum praecipue in rebus phys<sup>20</sup>icis, necnon et Magistri semper Subtilis Scoto Duns. Sed anteaque opus hac incipietis, vos carissimi fili, et moneo, et hortor demisse est [...] est Deum invocetis, qui vobis bonam mentem largiatur. Nisi ab [...] rem omnem deduce<sup>25</sup>rit [...] moribus, et [...] mentem

[p. 6]

vestram imbreritis, scitote numquam vos Philosophiam illam quae nulli est [...] obnoxia est consecuturus. Cum Spiritus Divinus asserat nequaquam in malevolam animam ingressuram<sup>5</sup> substantiam Virginis Matris Mariae in gratiae candoribus conceptae protectionem continuo implorate. Hanc reginam pulcherrimam subsecutionis titulo, hanc mysticam litterarum civitatem, sublimen sapientiae sedem, dexte-<sup>10</sup>ri nam ducere, et sapientiae emendatricem in advocatos apud Deum in hoc curriculo philosophico instituimus. Ejus atque sponsum dignissimus, necnon Patrem nostrum Franciscum, ejusque filium dilectissimum, Doctoremque nostri Seraphicum Bonaventuram, sub quorum tutelae<sup>15</sup> jam nostrae Logicae operam damus.

Non est in moli veneranda scientia lecto  
Continua nobis parta labore venit<sup>2</sup>

[p. 7]

IN LOGICAM SIT PRAEFATIUM<sup>3</sup>

**7.** Logicae nomine ea venit facultas, qua in vero recte

<sup>2</sup> En tinta más oscura y letra caligráfica, quizás de otra mano.

<sup>3</sup> Junto al título, garabatos ilegibles.

cognoscendo, ordinateque explicando mens humana dirigitur. Haec est duplex, naturalis nempe et artificial-<sup>5</sup>lis. Prima est ipsum naturae lumen omnibus hominibus insitum, cum quo absque ulla notitia regulante possunt ratiocinari. Artificiali (de qua in praesentiarum est agendum) est quae propositionibus certis quibusdam regulis mentem ad inveniendam<sup>10</sup> veritatem reddit promptiores.

**8.** Inconfeso est apud omnes Logicam ordinare et dirigere mentis nostrae operations. Haec [...] licet tres communiter a Peripateticis recensentur; quartam his addeamus, scilicet simplex<sup>15</sup> apprehensio, iudicium, discursus et methodus. Apprehensio **est nuda rei contemplatio absque affirmatione, vel negatione**, ut cum nuda apprehenditur vel concipitur sol, luna, terra, etc. absque eo quod de his rebus aliquid affirmetur vel negetur vel<sup>20</sup> per aliquam rationem conjungit, vel per negationem

[p. 8]

conjungit, separate. Sic ideam terrae consideramus, vel affirmamus vel negamus esse rotundam.

**9.** Porro in omni iudicio tria distinguamur oportet,<sup>5</sup> subjectum nempe, attributum vel alio nomine praedicatum, et copulam. Subjectum illud est, de quo mens aliquid affirmat vel negat, cujusmodi sunt in dictis iudiciis “aer”, “luna”. Attributum est quod de alio afirma-

tur vel negatur; tales sunt “gravis”, et “lux”; copula<sup>10</sup> tandem est verbum, quo subjectum attributo connectitur, vel ab eo separatur, per negantem particulam. Discursus est ea mentis operatio, quae ex nota veritate aliam prius ignotam educit, sive ex pluribus notis iudiciis aliud prius ignotum elicitur, ut<sup>15</sup> ex fumo alicubi viso infero ibi latere [ignem]. Dispositio tandem est ea mentis operatio per quam varias ideas, iudicia, et ratiocinia eo ordine dirigerimus, qui rei explicando sint idoneus.

**10.** Haec communiter quatuor in partes Logicam<sup>20</sup> auctores dividunt, prout nempe quatuor tantum mentis operationes considerant, quia tamen unus involvit, ut generalioribus quibusdam, rationibus praemissis circa mentis operationes. Scholasticae aliquod exercitationes sub<sup>25</sup>rectantur, quibus tironeam artis disputandi,

[p. 9]

exerceantur; idcirco dum in partes Logicam dividimus. Prima institutiones comprehenditur ac percepta, quibus instructus possit intellectus recte peragere, iudicare ac ratiocinari, suasque operationi<sup>5</sup> disponere. Altera disputationes Scholasticae in quatuor mentis operationes proponet. Sic igitur

LOGICAE PARS PRIMA: DE QUATUOR MENTIS OPERATIONIBUS  
SECTIO PRIMA:  
DE INTELLECTUI PERCIPIENTE



<sup>10</sup> CAPUT PRIMUM.  
QUID, ET QUOTUPLEX SIT IDEA

**11.** Antequam dare naturam et divisionem exponitur aliqua de mente humana, et ipsius actibus ac facultatibus dicere oportet.

<sup>15</sup>**12.** Est itaque mens humana vis qua res plurimas percipimus, de his judicamus et discurremus, easque si bona sint amplectimur, si mala aver-samur. Haec perceptiva mentis facultas pro multiplici objectorum diversitate, et vario <sup>20</sup> percipiendi modo diversa sortitur nomina; jam enim facultas sciendi, seu potentia sensitiva, vis imaginandi, sensus intimum atque vis intellectiva dicitur.

[p. 10]

**13.** Facultas sentiendi seu sensatio **est illa mens actu quo percipimus immutationem factam ab objecto externo** in nostris organis sensoriis; hinc organa sensoria <sup>5</sup> sensui externi appellantur, quia illis tamquam organis seu instrumentis mens nostra objectorum insensibilium utitur. Lex autem sensationis est, ut quoties in nostro sensorio rite constituto ab objecto <sup>10</sup>sensibili, quid in immutatio producitur, tunc in anima oriatur sensatio, quaedam peculiaris huic (?) immutationi respondens et quo-

que etiam immutatio organi rite conformet eadem est, toties quoque in anima ex-  
<sup>15</sup>eretur eadem sensatio.

**14.** Vis imaginandi seu phantasia ea est mentis facultas qua res sensibiles **nunc absentes olim vero perceptas cognoscimus.** Sic dum nobis repraesentamus solem tempore non actu, sed alias visum, dicimus imaginari. Sensui intimus est mentis facultas, qua se intime cognoscit earumque mutationem et operationem conscia redditur.

[p. 11]

**15.** Vis intellectiva, intellectus seu ratio est ea nostra facultas, qua res spirituales vel etiam sensibilis sub ea tamen ratione, sub qua a sensui vel phantasia non attinguntur  
<sup>5</sup>cognoscimur: sic sunt ideae universalium, virtutum et aliae huiusmodi.

**16.** Distinctarum animae facultatum actus distinctis etiam hominibus significantur actus, siquidem facultatis sensitivae, sensatio  
<sup>10</sup>externa; actus imaginativae, sensatio interna; imaginatio, idea imaginationis; actus sensui intimi, perceptio interior; conscientia atque tandem actus intellectui, apprehensio sive idea dicitur. Singulorum actuum essen-

<sup>15</sup>tia ex traditis facultatum animae definitionibus ignotescit; idearum itaque naturam specialium prosequamur.

**17.** Idea intellectualis aliud non est quam repraesentatio rei, seu ea mentis affectio, qui <sup>20</sup> **rem attingimur, quin de ipsa re quidquid fingimur vel negetur.** Talis est idea Dei, hominis, quae etiam vocari solet apprehensio intellectualis rei forma, nobis imago, exemplar, species rei expressa, veritas mentis.

[p. 12]

Hinc advertendum est differentia esse inter imaginationis et intellectionis ideas; imaginatio siquidem utpote materialis solis potest res sensibiles menti exhibere. Intellectui vero res spirituales et intelligibiles potest repraesentare.

**18.** Ratione objecti dividitur primo idea in simplicem et complexam; idea simplex dicitur illa, quae in plures distinctas rationes resolvi nequit; ejusmodi sunt <sup>10</sup> **ideae unitatis et veritatis, atque id genus aliae.** Complexa vero quae plures distinctas notions in se continet, ut idea hominis, quatenus sub ratione animalis rationalis a nobis ille concepitur; duae quippe in ea sunt notions, animalitatis scilicet, una, rationalitatis altera. Dividitur secundo in adaequatam et inadaequatam. Prior est, quae omnia in re conten-

ta mendis exhibet. Posterior autem quae aliquid tantum ipsius rei mentis ostendit. Cognitio rei adaequata comprehensiva vocari solet. Opino tamen<sup>20</sup> ad quam comprehensionem necessario requiri non solum ut ista rei essentia, verum etiam est id omne quod formaliter et eminenter ea res continet, cognoscatur quod adeo, ut omni penitus modo, quo rei apta absolute cognoscibilis in se est, mens illa attingat. Ex quo

[p. 13]

infertur comprehensivam rerum cognitionem soli Deo convenire.

**19.** Ratione originis in tres autem speciebus plerique solent ideae, nimirum in adventitias, factitias et innatas.<sup>5</sup> Adventitias ideas vocant, quas sensu ope adquirimus. Factitias, quas ex adventitiae componendo, aut separando nos ipsi efficimus. Innatas vero, quae sine opera nostra in nobis sunt, utpote ex temporis momenti ab ipsa impressae, quo eam creat organisatoque corpori copulat ineffabiliterque conjungit.<sup>10</sup> Adventitiae igitur sunt rerum omnium sensibilibus ideae, quippe quae nobis ex nobis ipsis per sensus adveniunt. Factitia idea montis aurei, utpote composita ex adventitiis ideis, [montis] et aurei. Innata vero idea Dei, si iis credimus, qui hoc idearum genus admit-<sup>15</sup>tendum in nobis esse, contendunt.

CAPUT SECUNDUM: DE IDEARUM UNIVERSALITATE,  
PARTICULARITATE ET SINGULARITATE  
UBI DE QUINQUE IDEIS  
UNIVERSALIBUS

<sup>20</sup> **20.** Omnis idea, vel universalis, vel singularis est vel particularis. Universalis dicitur illa quae repraesentat id quod pluribus commune est. Talis est notio animalis. Haec communis est homini, bellui, reliquisque quoque tribuitur. Particularis est illa, quae unum quiddam numero <sup>25</sup> subjectum, tantummodo nobis exhibet verum omnium vagum et indeterminatum. Sic particularis est idea

[p. 14]

hactenus quod momento evocatur, dum cum aliquo venientem ipsi concipiamur. Ideo vero singularis ea est quae unum nempe certum determinatumque subjectum menti repraesentet; huiusmodi est idea Persi.

<sup>5</sup> **21.** Quinque idea [...] vulgo numerantur, scilicet genus, differentia, species, proprium, et accidens. Praedicabilia [...] solent, quatenus modum exhibet quod unum quodque attributum de re enuntiari possit. Omne enim quod de alio dicitur, enuntiatur vel ut <sup>10</sup>genus, vel ut differentia, vel ut species, vel ut proprietas, vel ut accidens. Tribus prioribus modis, ut patebit, enuntiantur attributa, quae ad subjecti essentiam spectant, duobus vere reliquis dici solent de rebus quae extra illius essentiam existunt.

<sup>15</sup> **22.** Genus est universale attributum commune pluribus differentibus specie. Hujusmodi est notio anima, quod si ad homines atque belluas referatur. Species vero differri dicuntur, quae sub eodem genere posita natura sive essentia sunt inter se diversa; sic homo et <sup>20</sup> equus specie different, qua licet sint sub eodem generi animalis, in eoque plane convenient, adhuc tamen essentialiter inter se discrepant. Generica itaque ratio quae maxime universalis est, determinatur atque ad pauciora subjecta contrahitur per attributum, quod ad ipsorum essentiam <sup>25</sup> itidem spectat, nempe in homine per rationalitatem contrahitur attributum animal.

**23.** Genus dividitur primo in proximum et remotum.

[p. 15]

Proximum dicitur illud, quod enuntiatur illud, quod enuntiatur de pluribus differentibus speciebus, ut nullum aliud attributum habeat infra se, quod de illis sub generis idem ratione possit dici. Remotum vero est illud quod aliud genus sub se continet. Dividitur secundo in supremum, medium et infimum. Supremum est quod supra se nullum habet conceptus cui vera generis ratio competat. Medium quod tam supra quam infra se habet genus. Infimum dicere sub quo genus aliud non reperitur. Sic idea substantiae <sup>10</sup> dicitur supremum genus, vivens, genus medium, et animal infimum.

**24.** Differentia est id omne per quod res una ab altera differt. Duplex est: essentialis et accidentalis. Differen-

tia essentialis (quae sola nobis considerata modo occurrit)  
<sup>15</sup> dicitur illud attributum per quod una res ab alia cum  
in genere convenit, essentialiter discriminatur; hujus-  
modi est in homine rationalitas: per hanc enim  
belluis essentialiter distinguuntur. Hinc differentia essentia-  
lis referri potest, tum ad genus, quod dividit,  
<sup>20</sup> tum ad totum quod cum genere constituit. Si referatur ad genus,  
rationem habet attributi determinative; habet tamen ratio-  
nem partis essentialis, si cum toto, quod ex illa fit con-  
ferentur. Species est idea exprimens naturam plures  
solo numero distinctis, convenientem, tamquam integrans  
<sup>25</sup> eorum essentiam. Talis est idea hominis, seu substantiae  
rationalis, quare naturam singulis hominibus communem re

[p. 16]

praesentat.

**25.** Triplicem speciem enumerant logici, supremam, mediam  
et infimam. Supremam vocatur quae supreme generi imme-  
diate subjicit, ut corpus; mediam quae sub genere me-  
<sup>5</sup> dio posita est, atque idea quae ita est species, ut generis  
veram rationem retineat, sicuti animal. Infimam ve-  
ro nullum sub se continens speciem, sed tantum indi-  
vidua, sicut homo. Hinc quaeri solet, quid sit indivi-  
duum. Dico sic a logici definiri: id sub quo nihil  
<sup>10</sup> reperitur, de quo illud, vel ut tota essentia vel ut essentiae  
pars valeat enuntiari.

**26.** Proprium quadruplex est. Proprium primo modo dicitur  
attributum quod soli speciei convenit, sed non omni, ut

medicum. Secundo modo vocatur proprium quod<sup>15</sup> dividi toti specie, sed non soli, ut duos habere pedes. Tertio modo proprium dicitur quod omni quidem et solis specie accidit, sed non semper. Hac ratione proprium est homini cognoscere. Quarto demum modo proprium nuncupatur, quo competit<sup>20</sup> omni solique specie, et quidem semper. Sic proprietates quae homini competit quarto modo est veri inquirendi, investigandique cupiditas.

**27.** Proprium quarto modo dividi solet in genericum et specificum. Primum dicitur quod rebus competit rationes<sup>25</sup> attributi generici. Secundo, quod illiud convenit ratione differentias specificae, tam proprietates generice

[p. 17]

quam specificae [...] <sup>4</sup>  
definiturque. Attributus [...]   
differentias [...]   
reciproco. Dicitur [...]   
<sup>5</sup> videlicet ratione attributi quod ad [...]   
spectat.

**28.** Accidens tandem est idem exprimens rationibus quod alicui accidentaliter convenit seu quod adesse a subjecto, salva ipsius essentia. Sic idea albedine,<sup>10</sup> praedicatum parieti accidentaliter conveniens exprimet, quae albedo et adesse et abesse potest salva parita-

<sup>4</sup> Texto borrado, cinco lagunas de casi un renglón cada una.



tis essentia. Quoniam vero hujusmodi attributum potest esse pluribus commune, ideo inter universalia numeratur. Definitur ergo accidens hoc modo sumpto:  
<sup>15</sup>attributionem commune pluribus de quibus enuntiatur in [...] omnino contingentur.

CAPUT TERTIUM: DE VERITATE ET  
FALSITATE, CLARITATE DIS-  
TINCTIONE, NECNON DE  
<sup>20</sup>ALIIS DIVISIONIBUS  
IDEARUM

**29.** Veritas cogitationibus est illius conformitas cum re cognita; igitur e contrario illud erit falsum cognitum, quo re ipsa secus est, atque cognoscendi videatur. Hinc vera erit  
<sup>20</sup>idea, si res hujusmodi fuerit, ejusmodi in idea nostra

[p. 18]

relucet. Erit vero falsa quae non est ipso in se ut in idea nobis apparet. Idea clara dicitur illa, quae notas exhibet sufficientes ad objectum cognoscendum et ab aliis discriminandum. Obscura involvit notas minus sufficientes;  
<sup>5</sup>v.g. notio lunae, idea clara est, cum haec objecta sit neminem non agnoscat et ab aliis discernat, et notio stellae polaris obscura est his qui non satis illam distinguit. Distincta dicitur idea rei, si ita nobis res ipsa in ea reluceat, ut caeteris omnibus discernatur. Dicitur  
<sup>10</sup>vero confusa, si plura diversa nobis illa occurrat. Sic distincta est cognitio, per quam hominem percipimus sub ratione animalis rationalis; confusa vero, quam

non nisi animal ipsum attingimus. Idea intuitiva dicatur quae rem quemadmodum est in se ipsa, non per<sup>15</sup> ideas alienas, sed per proprias attingit; talis est idea canis praesentis. Abstractiva, quae repraesentat objectum in commune et sine determinationibus singularibus, v.g. canem quamcumque [qualemcumque, aut quae objectum non per proprias, sed per alienas species attingit; talis est<sup>20</sup> idea, quam de Deo nos viatores habemus.

**30.** Cognitio directa tendit in ipsum objectum, v.g. solem attingit. Reflexa in ipsam cognitionem directam tendit, cum pro objectum habet. Cognitio absoluta rem quasi solam et absque ullo respectu repraesentat; sic<sup>25</sup> ea “hominis” est absoluta, repraesentat enim animal [rationalis].

[p. 19]

Tandem advertatis vellim, primo: **quod unum dumtaxat objectum non plura simul contemplari debemus.** Cum enim vim perceptiva, non solum finita in nobis sit, verum etiam tenebris undique confusa, multisque<sup>5</sup> obstaculis praepedita, rerum multitudine adeo opprimitur, ut ad eas distincte percipiendas incapax prorsus sit, et plane inepta. Secundo, quod **in rebus considerandis cavenda summo studio est praecipitatio mentis.** Non enim tanta mentis nostrae vis est, ut<sup>10</sup> omnia valeat, quemadmodum sunt in se ipsis uno simplici intuitu plane attingere.

**31.** Tertio: cum in earum rerum consideratione versari debemus, quae vel spirituales, vel sensuum orga-

nis, licet corpore percipi hay possunt, **caveamus**  
<sup>15</sup> **oportet ne imaginem quamdam in caerebro**  
**sive mens nostra efformet, in qua perinde hac in**  
**speculo res ipsas expendat, meditetur atque conside-**  
**ret.** Quarto, **cavendum quoque summo studio**  
**est, ne res quas contemplamur, ideis nostris ita**  
<sup>20</sup> **accomodemus, ut persuasum nobis sit, eas revera**  
**esse hujusmodi, cujusmodi in ipsis ideis esse viden-**  
**tur.** Non enim res ab ideis nostris, sed ideae a  
rebus ipsis dependent. Itaque ne in hoc vitium in-  
cauti labamur, necesse es rei non solum attente

[p. 20]

verum etiam iterato saepius examine considera-  
mus.

**32. Quinto: plurimum interesse rem, quam con-**  
**templamus cum aliis jam cognitis conferre, easque**  
<sup>5</sup> **comparare inter se simul attente considerando**  
**quid illis omnibus commune sit, quidque singula-**  
**rum proprium.** Sexto: quoniam iddearum confu-  
sio, atque obscuritas ex eo potissimum oritur, quod  
rerum discrimen menti attendenti non satis pa-  
<sup>10</sup>teat, danda est opera, ut perfectiones nostras prae-  
cedat, idonea quaedam rerum diversarum incer-  
tas clare distributi, eaque omnia ad certa veluti  
suprema capita revocentur quae in una, eademque  
re simul permixta menti consideranti occurrunt.  
<sup>15</sup> Primo itaque agemus de divisione in genere, tum  
de divisione entis, tum de categoriis Aristote-

lis.

[CAPUT] QUARTUM: QUID EST,  
QUOTUPLEX DIVISIO,  
<sup>20</sup>QUAEDAM OBSERVANDA  
UT RECTE FIAT

**33.** tanta est utilitas divisionis in qualibet arte, et scientia, ut illam Philosophi vocent modum scien-

[p. 21]

di; divisio itaque generatim sumpta **non est nisi totius in suas partes distributio**. Hinc quotuplex est divisio, quotuplex est totum, quod potest dividi. Cum ergo totum alium dicatur potentiale, aliud essenziale, <sup>5</sup>integrale aliud, et aliud accidentale. Ipsa itidem divisio vel potentialis est, vel essentialis, vel integralis, vel accidentalis. Totum potentiale vel logicum **dicitur attributumque quodcumque universale, quod per differentias ad plura determinatur, ac in illa veluti distribuitur**. <sup>10</sup>Sic animal dicitur totum potentiale quia per rationalitatem et irrationalitatem dividitur. **Totum essenziale est id omne cujus natura sive essentia ex pluribus intrinsecis coalescit**: sic homo dicitur totum essenziale quatenus ex anima <sup>15</sup>rationale, et corpore essentialiter constat. **Totum integrale vocatur illud, quod ex pluribus constat non solum extra se invicem positis, verum et ejus natura utiliorum unum ab altero in existendo nequaquam dependeat**. Hujusmodi autem partes

<sup>20</sup> quae integralis dici solent, vel sunt homogeneae, vel heterogeneae. Prioris generis dicuntur illae, quarum eadem est natura; posterioris vero quarum natura est diversa. Sic ligni frustra sunt partes integrales illius homogeneae, at vero caput, brachia <sup>25</sup> et caetera sunt partes integrales heterogeneae hominis.

[p. 22]

Totum postremo accidentale **est id omne quod ex subjecto et accidente consurgit. Voco autem accidente quidquid contingenter advenit rei, eamque denominat**, ut doctrina in homine.

<sup>5</sup> **34. Divisio potentialis est distributio superioris in inferiora; divisio essentialis est partitio in eas partes ex quibus res ipsa essentialiter componitur.** Quoniam vero compositio est duplex, physica et metaphysica, ita divisio. **Divisio essentialis metaphysica est distributio rei in illa ejusdem essentialia attributa quae mente dumtaxat possunt comprehendim cujusmodi sunt genus et differentias.** **Divisio vero physica est partitio rei in ea realia principia ex quibus rei ipsa essentialiter coalescit,** <sup>15</sup> **cujusmodi sunt in homine anima rationalis et corpus pluribus dissimilibusque organis instructum.**

**35. Divisio integralis est distributio totius in suas partes integrales.** Divisio tandem accidentalis triplex est, vel enim dividitur bonum in bonum animae <sup>20</sup> et bonum corporis, accidens per subjecta quibus

res ipsa inest, ut cum dividitur bonum in bonum animae et bonum corporis, vel dividitur subjectum per illa accidentia quae ipsi inesse possunt;

[p. 23]

ut cum corpus dividitur ratione albedinis et nigredinis in album et nigrum, vel demum dividitur totum accidentale in accidentalialia, ut cum dividitur in dulce et amarum.

<sup>5</sup> **36.** Quatuor regulas communiter Philosophi resignant divisioni. Prima est, **ut divisio sit brevior quo fieri potest.** Dividi ergo debet res, at non in partes imminutas quae mentis aciem fugant. Secunda regula: divisio debet esse **adaequata**: talis nempe **ut membra divisionis simul** <sup>10</sup> **sumpta, neque totum divisum excedeant**, neque ab illo deficient. Tertia: membra divisionis sese mutuo excludunt, videlicet hujusmodi ea sint, ut illorum unum in altero minime contineatur. Hujus regulae defectu peccat divisio animalis in sensitivum et rationale, <sup>15</sup> cum rationale, ut est evidens, in sensitivum complectatur. Tandem, **divisio fiat in membra proximiora seu immediate.** Sic divisio substantiae in spiritualem et corpoream optima, et quia spiritualitas et corporeitas substantiae genus immediate distribuit.

<sup>20</sup> CAPUT QUINTUM: GENERALIS ENTIS REALIS DIVISIO BREVITER EXPLICATA

**37.** Ens reale dicitur, **id omne quod nullam terminorum pugnam sua in essentia involvit.** Prima et imme-

[p. 24]

diata divisio est in substantiam et accidens, sive ut recentiores agunt in rem et modum. Substantia **est quidquid alio non indiget in quo sit, ut existere.** Accidens vero seu modis **id vocatur quod nequit existere nisi in**<sup>5</sup> **alio sit.** Substantia dividitur primo in spiritualem et corpoream. Prima est illa **quae natura sua vi cogitandi donata est.** Secunda est, **quae tactui natura sua resistit.** Substantia spiritualis vel est summe perfecta, et omnino independens, vel est imperfecta et finita; prima una est,<sup>10</sup> eaque dicitur Deum. Secunda est duplex: aliena enim est natura sua completa, et vocatur Angelus. Altera vero ex se incomplex est, et hominem constituit. Unde animal rationalis nuncupatur.

**38.** Substantia corporea dividitur in simplex et composita<sup>15</sup>. Simplex **est quae ex pluribus natura dissimilibus intrinsecus non coalescit. Compositum vero, quod ex pluribus diversae rationis intrinsecus constat.** Corpus compositum distribui solet in vivens et non vivens. Vivens si est praeditum principio motus progresivi, animal nuncupatur;<sup>20</sup> si tali principio est destitutum, planta vocatur.

**39.** Sicut omnis substantia, vel spiritualis vel corporea est, ita omne accidens est hujusmodi. Accidens tam spirituale quam corporeum dividitur ab scholasticis in absolutum et respectivum. Absolutum vocant, **quod concipitur in subjecto, quin necesse**

<sup>25</sup> **sit subjectum ipsum ad aliud referre**, v.g. color et sapor

[p. 25]

et caetera. Contra vero respectivum appellant, **quod in sub-  
jecto concipi non potest quin ipsum subjectum cum  
altero comparetur, atque ad illud referatur**, ut simi-  
lilitudo, aequalitas, etc. Accidens vero absolutum a Peri-  
<sup>5</sup>pateticis dividitur in modale et non modale. Primum  
est id omne in illorum sententiam, **quod ita dependet a sub-  
jecto, quod afficit, ut nec esse, nec concipi posset, quin in ipso sub-  
jecto existat, atque in illo concipiatur**; v.g. rotunditas,  
quia percipi minime potest, quin subjectum in quo sic  
<sup>10</sup> mens quoque concipiatur. **Secundum est illud, quod non solum  
percipi a nobis potest independenter a subjecto, verum  
etiam potest divina virtute re ipsa existere, quin subjec-  
tum efficiat, ut colores, saporis**, etc. Sed quam falsa sit  
haec doctrina in Physica, Deo dante, videbimus.

<sup>15</sup> **40.** Aliter itaque hac super re philosophor-  
um recentiores. In hancque, cum dividimus omne quod  
est in rem et modum, non nisi modalia accidentia agnos-  
cunt, eaque loquendo de corporeis in primaria et secun-  
daria distribuunt. Primariam vocam ex quibus alia  
<sup>20</sup> quae in corporibus sunt accidentia proveniunt. Secun-  
daria vero, quae ex primariis derivantur. Primaria  
sunt magnitudo, figura, motus, quides, et situs. Magnitu-  
do est certa, determinataque corporis extensio. Figura  
est extensio, secundum plures dimensiones undique deter-  
<sup>25</sup>minata. Motus est translatio corporis de uno loco



[p. 26]

in alterum. Quies est permansio corporis in eodem loco. Situs est artificiosa partium dispositio in toto. Accidentia secundaria in quinque classes prout numero sensuum externorum distribuuntur. Modi postremo alii sunt positivi, alii negati-<sup>5</sup>vi. Prioris generis dicuntur alii, qui realem aliquam subjecti perfectionem exprimunt, v.g. extensio. Posterioris vero, qui negationem perfectionis in subjecto designant, ut ignorantia, caecitas, etc.

CAPITULUM SEXTUM: DE  
<sup>10</sup> ARISTOTELIS PRAEDICAMENTIS

**41.** Categoria est quaedam suorum attributorum series, quae de substantiae individuo enuntiari a nobis possunt. Decem communiter a Philosophis numerantur, scilicet substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio,<sup>15</sup> passio, ubi, quando, situs et habitus.

**42. Substantia.**

Substantia nomine mea quidem sententia hic non intelligitur ens per se existens, sed specificat natura, sive essentia individui substantialis: praedicamentalem idcirco<sup>20</sup> substantiam definiendam puto: id quod respondetur definiendi quid essentialiter sit res quaevis individua. Plures proprietates praedicamentalis substantiae numerant philosophi. Prima: non habere contrarium. Contraria dicuntur, quae ab eodem subjecto sese mutuo expellunt.<sup>25</sup> Cum ergo essentia individuis sit primum in re, atque

[p. 27]

adeo subjectum non habeat, in quo recipiatur, nequit habere contrarium. Secunda esse subjectum contrariorum, earum scilicet affectionum, quae ab eodem subjecto sese mutuo expellunt. Individui essentia est, id in quo tam<sup>5</sup> quam in subjecto, omnes illum affectiones recipiuntur. Tertia, non suscipere magis et minus.

#### **43. Quantitas.**

Quantitas in genere est illud attributum penes quod duo si inter se mutuo comparentur, aequalia vel inaequala dici<sup>10</sup> solent. Plures sunt species quantitatis. Prima dicitur quantitas perfectionis, eaque his omnibus competit, quibus enim omnino est esse majus, ac esse perfectius. Secunda est quantitas virtutis, nempe major minorve extensio activae potentiae. Tertia est quantitas molis, sive magni-<sup>15</sup>tudinis entitativa corporum extensio. Quarta est quantitas discreta, sive numerica vel magnitudinis. Dicuntur autem multae, quae a se mutuo sejunctae re ipsa sunt vel ut separata expersantur. Proprietates quantitatis tres sunt. Prima et praecipua est esse fundamentum aequalitatis et inaequa-<sup>20</sup>litatis. Etenim non nisi ratione quantitatis duo inter se aequalia vel inaequalia dicuntur. Secunda non habere contrarium; nullum enim est attributum quod quantitati adeo contrarium sit, ut a subjecto, quod afficit illam expellat. Tertia, non suscipere magis et minus; unum quippe non dicitur magis quantum alie-<sup>25</sup>no, sed majus.

#### **44. Qualitas.**

[p. 28]

Hic nomine qualitas **intelligitur illud attributum ratione duo accidentaliter sive mutuo similia sunt, vel dissimilia**. Dividitur primo in habitum et dispositionem. Habitus est prima facultas agendi activae potentiae superaddita.  
<sup>5</sup> Dispositio vero **non est nisi proclivitas quaedam potentiae ad agendum**. Hinc dispositio non natura, sed gradu differt ab habitu. Habitus autem vel acquisitus, vel infusus. Prior **est constans et absoluta animi aut corporis aliqua in re perfectio, non natura data, sed studio industriaeque partam**.

<sup>10</sup> Posterior vero is **est, qui actum omnem praecedit**. Dividitur secundo in naturalem potentiam et naturalem impotentiam. Naturalis potentia **est vis naturaliter nobis insita, qua operamur** vel contrarium resistimus. Contra vero naturalis impotentia est carentia virtutis ad agendum  
<sup>15</sup> vel resistendum contrariis.

**45.** Dividitur tertio in passionem et patibilem qualitatem. Patibilis qualitas est **affectio sensibilis firmiter inhaerens subjecto, ut nigredo in corvo. Passio est affectio itidem sensibilis a subjecto cito transiens ut rubor in**  
<sup>20</sup> **vultu, ortus ex verecundia**. Dividitur quarto in formam et figuram. Forma **est data figura membrorum cum coloris quadam suavitate**. Figura eest terminus quo corpus circumscribitur. Proprietates qualitatis tres sunt. Prima: est fundamentum **accidentalis similitudinis et dissimilitudinis**.  
<sup>25</sup> Secunda: **habere contrarium**. Tertia: **posse intendi vel remitti**.

[p. 29]

#### **46. Relatio.**

Relatio **est ordo unius ad aliud**. Dividitur in reale et rationis. Prior est **illa quae datur inter duo, quin intellectus noster eorum unum ad alterum referat**, ut qualitas inter duo ligna palmarum<sup>5</sup> longitudinis. Posterior vero **ea est quae ab intellectu duo inter se muduo comparante dependet**. Relatio realis duplex item est, quarum una intrinsecus adveniens, altera extrinsecus adveniens nuncupatur. Relatio intrinsecus adveniens dicitur illa quae consurgit inter extrema statim, ac in rerum natura<sup>10</sup> posita sunt, ut similitudo inter duo alba. Relatio extrinsecus adveniens vocari illa solet, quae ab externa aliqua conditione, ut inter extrema resultat, necessario dependet. Huiusmodi est relatio agentis ad passum.

**47.** In omni prorsus relatione quatuor distinguenda occurrunt,<sup>15</sup> subjectum sciicet, sive id, quod ad aliud refertur; terminus, seu id, cui subjectum comparatur; fundamentum, sive ratio penes quam illa duo inter se multis conferuntur; et ipsa relatio, sive ipsorum terminorum ordo. Tria proprietates relationis sunt. Prima: relata dici ad convenientiam. Secunda: relata simul tempore relata esse<sup>20</sup> atque natura. Tertia: esse simul cognitione.

#### **48. Actio et passio.**

Actio est id, quo causa actu agens dicitur. Passio vero dicitur, id est, quod subjectum actu patiens denominatur. Duae sunt proprietates actionis et passionis. Prima est habere contrarium, sic<sup>25</sup> calefactio dicitur actio frigefactioni opposita. Secunda est posse intendi et remitti.

#### **49. Ubi, quando, situs et habitus.**

**Ubi est relatio rei ad locum.** Locus autem, **est spatium ubi res est.** Triplex **distinguitur ubi**, circumscriptivum

[p. 30]

nempe, definitivum et sacramentale. Primum est **quod convenit tantum corporibus quo partes locatae correspondent partibus loci, ita quod pars superior sit in loco superiori, et inferior in inferiori.** Secundum est **illud, quod locatum est totum in toto<sup>5</sup> loco, et totum in qualibet parte loci.** Tertium (quod **soli core Christi convenit**) es illud quod corpus Christi est totum<sup>5</sup> in tota hostia, et totum in qualibet pars hostiae, cum hac circumstantia, quod in eodem instanti sit et jam in aliis locis. Quando **est respectus quidam ejusdem rei ad tem-<sup>10</sup>us.** Dividitur quando in aevum et tempus. Aevum est mensura rerum permanentium, quae licet habuerunt initium non habebunt finem, ut Angeli. Tempus **est mensura rerum corruptibilium quae sicuti habuerunt initio, habebunt finem.** Hic quaeritur, quid sit aeternitas?<sup>15</sup> Aeternitas est duratio rei interminabilis tam ante, quam ante post. Situs est **dispositio partium in loco.** Habitus est **comparatio rei ad vestem.**

CAPUT SEPTIMUM. DE

RERUM PRIORITATE,

<sup>20</sup> POSTERIORITATE ET SIMULTANEITATE

**50.** Potest unum esse priori alio, tempore, natura, ordine, dignitate, et causa. Dicitur **prius tempore**, quod aliquo

<sup>5</sup> Original *ex toto*, no hace sentido.

temporis intervallo aliud praecedit. Sic Adam fuit prior tempore Eva. Dicitur prius natura, quod ita ex alio<sup>25</sup> infertur, ut illud minimo ex ipso colligatum; sic genus est prius natura, quam specie, qui posita specie, ponitur genus, non e contra. Dicitur prius ordine quod in aliqua

[p. 31]

serie aliquo praecessit; sic minime secundus est prior ordine tertio. Dicitur prius dignitate, quod aliis honore praeest. Sic Episcopus presbyteris omnibus priori dignitate est. Dicitur prius causa, quod alterum re ipsa efficit, sic pater<sup>5</sup> prior est filio.

**51.** Tot similiter modis unum posterius alio vocatur, cum apposita oppositis rationibus explicantur. Tribus modis duo esse dicuntur, nimirum tempore, naturae et divisione. Dicuntur simul tempore, quae eodem tempore in rerum posita sunt. Simul<sup>10</sup> natura, quae ita existunt simul, ut uno posito alterum quoque ponatur necesse sit, quin neutrum illorum illorum sit causa cur illud existat. Simul denique divisione, vocantur illa quae idem genus dividunt.

#### CAPUT OCTAVUM.

##### <sup>15</sup>DE SIGNO SENSIBILI GENERATIM SUMPTO, EJUSQUE AFFECTIO- NIBUS

**52.** Cum termini signa sint, quoque ideas, quas in mente habemus, aliud manifestamur, ordo postulat ut in primo hoc capite de signo agamus. In sequentibus vero de voce<sup>20</sup> et terminis. Signum ergo est **id quod praeter speciem rei**

**quam ingerit sensibus alius aliquid facit cognitionem venire.** Sic fumus est signum latentis ignis. Signum dividitur in naturale et arbitrarium. Primum est, quod ex sui natura rem a se ipso repraesentat diversam, ut<sup>25</sup> fumus est signum naturale ignis. Secundum est quod ex hominibus

[p. 32]

arbitrario tantummodo, quid a se ipso distinctum significant; sic hedera ad fores appensa est signum arbitrarium vini vendibilis. Caelebris etiam est divisio signi in demonstrativum, prognosticum, et rememorativum. Primum dicitur<sup>5</sup> quod rem praesentem, secundum quod rem futuram, et tertium quod rem praeteritam nobis designat, et exprimit.

**53.** Proprietas porro signi sunt veritas et falsitas, certitudo, incertitudo, improbabilitas. Verum dicitur signum si res ita se habeat, ut ab ipso signo exprimitur. Contra<sup>10</sup> vero falsum, si res illi minime congruit. Signum certum est illud quod numquam fallit. Incertum, quod toties ex equo fallit; probabile vero, quod vario fallit.

CAPUT NONUM: DE VOCE PROUT EST SIGNUM, ET DE  
NOMINE SIVE TERMINO VOCALI

<sup>15</sup> **54.** Vox generatim sumpta est sonus animalis ore prolatus; dividitur in articulatam et non articulatam. Prior est illa quae per syllabas, veluti per articulos distinguitur, ut vox “Deus”. Posterior vero ea est, quae per syllabas distingui nequit, ut est rugitus animalium. Nomen sive terminus vocalis,<sup>20</sup> est vox articulata, qua mentis notiones earumque objecta a no-

bis exprimitur. Dividitur terminus vocalis in categorematicum et syncategorematicum. Primus est qui solus et rem per se ideam aliquam designat et exprimit, ut vox “homines”. Secundum vero, qui solus nihil significant, bene vero si cum categorematico conjugatur, ut “omnis”, “nullus”, etc.

[p. 33]

Terminus categorematicus dividitur primo in simplex et complexum. Prior est qui ex pluribus nonconstat. Posterior, qui simul plures terminos comprehendit. Sic “Deus” est terminus simplex, complexum vero “homo albus”. Dividitur secundo in<sup>5</sup> substantivum et adjectivum. Primum dicitur qui rem significat per se stantem, ut vox “homo”. Adjectivum dicitur qui rem significat alteri adjacentem, ut vox “albus”. Dividitur tertio in concretum et abstractum. Concretus est, qui significant formam in subjecto, ut “album”. Contra vero abstractus nuncupatur,<sup>10</sup> qui formam exprimit sine subjecto cuius est forma, ut “humanitas”. Dividitur quarto in absolutum et respectivum. Absolutus dicitur, qui rem designat sine ordine ad aliud ab ea distinctum, ut “homo”. Respectivus autem, qui rem exprimit, quatenus dicit ordine ad aliud, ut “aequale”. Dividitur quinto in finitum<sup>15</sup> et infinitum. Primus vocatur ille, qui significant rem certam et determinatam, ut “homo”. Infinitus vero, qui per particulam non sibi praepositam nihil determinate exprimit, ut “non homo”.

**55.** Dividitur sexto in univocum, aequivocum et analogum. Univocum est, qui tribuitur pluribus<sup>20</sup> secundum eadem significationem, sic vox “homo” univoce dicitur de Petro et de aliis hominibus. Aequivocus, qui plane diversa exprimit, ut vox “canis” quatenus una voce designatur ani-



mal domesticum, marinum, et quodam sidus. Analogus est qui pluribus tribui solet quatenus eandem rem diverso modo<sup>25</sup>, vel eadem modo [...] diversas illa respectit. Is duplex est: vel analogia attributionis, vel analogia proportionis. Prima dicitur illa quae tribuitur pluribus quatenus idea ipso non [...]

[p. 34]

significatam diversomodo respiciunt. Sic homo nomen “sanum” dicitur de homine quatenus est sanitatis subjectum, de medicina quatenus illius causa, de urina quatenus est ejusdem signum. Terminus analogus analogiae proportionis vocatur ille qui dicitur de pluribus quatenus eandem ad diversa relationem habent. Sic nomen “caput” suprema parte et montis<sup>6</sup> convenit hominis. Dividitur ultimo terminus, in terminus primo intentionis, et terminus secunda intentionis. Primus dicitur qui rem significat secundum statum in rerum natura habet, ut “leo”. Secundus, qui rem significat secundum aliquid ei ab intellectu<sup>10</sup> attributum, ut “genus”, etc. Hinc idea repraesentans rem prout in se est<sup>7</sup>, dicitur prima intentio formalis, et idea ut cognita, secunda intentio formalis.

CAPUT DECIMUM, UBI EXPLICANTUR QUIDAM TERMINI  
INTER DISPUTANDUM OCCURRENTES

<sup>15</sup> **56.** De intelligentia terminorum non raro facilius solutio argumentorum et major intelligentia quaestionum pendet. Primo ergo utimur in schola terminis “essentialiter” et “accidentaliter”. Illud dicitur alicui rei essentialiter convenire, quod pertinet ad illius substantiam, ut rationalitas in homine. Illud acciden-

<sup>6</sup> Original *mortis*, obvia mala audición del copista.

<sup>7</sup> En el original hay punto e inicio de frase, pero no hace sentido.

taliter alicui rei convenit, quod non pertinet ad ejus essentiam. Utimur secundo<sup>20</sup> “formaliter”, “virtualiter” seu “eminenter”. Hi termini significant continentiam effectuum in suis causis. Continenter formaliter, quando in eis sint secundum suam entitatem, ut calor in igne. Virtualiter vero seu eminenter quando sunt in causa in virtute tantum illius productiva, ut color in vino. Utimur tertio “materialiter” et “formaliter”; illud dicitur materialiter tale cui convenit<sup>25</sup> haec denominatio ratione materiae, ut “album est dulce”. Formaliter dicitur quando praedicatum convenit subjecto ratione formae, ut “album discrepat” formaliter, id est ratione albedinis.

**57.** Utimur quarto “absolute” sive “simpliciter”, “respective” seu “nuncupative” et “secundum quid”. Res dicitur absoluta quando talis est

[p. 35]

secundum se et sine ulla comparatione. Respectiva dicitur, cum res in se non habet formam denominatam, si tamen cum alio comparetur eam videtur habere, ut si logicus cum musico comparare. Secundum quid res dicitur talis cum denominatio convenit alicui cum limitatione,<sup>5</sup> ut aethiops dicitur album secundum dentes. Res dicitur adaequate talis quando talis est secundum se totam et omnes suas partes, ut lapis dicitur adaequate corporeus. Inadaequate dicitur quando est talis secundum aliquam vel aliquas partes. Utimur adhuc “intrinsicem” et “extrinsicem”, “mediate” et “immediate”. Res dicitur talis, quando habet<sup>10</sup> in se formam dominantem, ut rationalitas in homine. Extrinsicem vero dicitur, quando forma denominans non est in re denominata, ut visio in pariete. Quando nihil mediat inter rem, quae attingitur dicitur immediate attingi. Si vero aliquid mediat, dicitur attingi mediate. Utimur denique ut “quod” et “quo”. Quando di-

<sup>15</sup>citur aliquid convenire subjecto, tanquam vero et principali principio dicitur convenire ut quod. Ut autem significetur virtus qua mediate agens producit effectum, utimur termino ut quo, v.g. ignis calefacit ut quod, et calor ut quo. Alii sunt etiam termini, quos oportune in suis quaestionibus explicabimus.

<sup>20</sup> CAPUT UNDECIMUM, DE TERMINORUM PROPRIETATIBUS

**58.** Quinque terminorum proprietates communiter assignantur. Suppositio nempe, ampliatio, restrictio, diminutio, alienatio et appellatio. Suppositio est acceptio vocis pro aliquo; sic dicitur pro regem, supponere pro rege. Est triplex: materialis scilicet, simplex <sup>25</sup> et personalis. Prima est acceptio vocis pro suo immediato significato, ut quando dicitur “homo est [...]”<sup>8</sup> latina”. Secunda est acceptio vocis pro suo immediate significato, seu [...] communi [...] ut quando dicitur “homo est universal”. Tertia [est] acceptio vocis pro significato [...] quando dicitur “homo est

[p. 36]

animal”

**59.** Personalis suppositio duplex, discreta nempe et communis. Prima est acceptio termini singularis pro re singulari, ut “Socrates est homo”. Secunda est acceptio terminis communis pro inferioribus <sup>5</sup> quae significat, ut “omnis homo est animal”. Si haec suppositio sumitur pro inferioribus, distributive sumptis, dicitur copulativa, seu distributiva; si sumitur copulate pro inferioribus vocatur seu collectiva;

<sup>8</sup> Texto borrado, cuatro lagunas de una o dos palabras cada una.

si sumitur disjunctive pro inferioribus dicitur disjunctiva; si sumitur disjuncte pro inferioribus vocatur disjuncta.

<sup>10</sup> **60.** Suppositio distributiva etiam duplex est. Alia dicitur pro singularis generum, et alia pro generibus singulorum. Prima est acceptio termini communis pro omnibus et singulis inferioribus illius naturale, v. g. “omne animal movetur”. Secunda est acceptio termini communis pro omnibus speciebus, v. g. “omne animal fuit<sup>15</sup> in Arca Noe”.

**61.** Ampliatio est extensio termini ad majorem significationem, ut dum dicitur “mansueti possi debunt terram”, ubi vox “mansueti” solum supponens pro futuris, ex vi praedicati extenditur ad praesentes, praeteritos et futuros. Restrictio est coarctatio<sup>20</sup> termini a majori ad minorem significationem, ut cum dicitur “omnis homo doctus disputat”, ubi terminus “homo” supponet pro doctis et indoctis, per additionem adjectivi “doctus” ad solos doctos significandus restringitur. Status est acceptio termini pro suo significato, juxta temporis differentiam, quae<sup>25</sup> per copulam importatur, ut cum dicitur “homo currit”, ubi “homo” supponit pro hominibus tempore praesente existentibus. Appellatio significat [...] termini ad significandum alterius, ut quando dicimus “Magnus Plato fuit Philosophus”, ubi terminus

[p. 37]

“magnus” applicatur Platoni.

#### CAPUT DUODECIMUM: DE DEFINITIONE ET EJUS REGULIS

**62.** Definitio generatim sumpta est, ejusque in nomine vel in re


obscurum et involum est, dilucida explicatio. Dicitur quod in re vel in  
5 nomine quia alius est scire quid sit res, et aliud quid ta-  
li nomine significat. Hinc definitio duplex: alia nominis,  
alia rei. Definitio nominis est quae id palam potest quod aliquo  
nomine intelligitur, ut cum dico, quantitatis nomine intelligo id  
penes quod duo corpora aequalia sunt vel inaequalia.

10 **63.** Definitio rei est oratio explicans naturam rei. Quoniam vero rei  
naturam explicare possumus, et per essentialia attributa scili-  
cet, quae ipsam rei essentiam progrediuntur; et per attributa, quae  
ad rei essentiam non pertinent, idcirco duplicem rei definitionem  
distinguimus, essentialem et accidentalem, quam descriptivam  
15 vocant. Prior est rei explicatio per essentialia attributa, ut  
cum homo animal rationale definitur. Posterior vero,  
quae fit per attributa externa, seu adventitia, ut cum homo  
describitur a Tullio animal providum, sagax, acutum, plenum  
rationis.

20 **64.** Definitio essentialis duplex est, physica nempe et metaphy-  
sica. Prima est quae totum explicat per partes physicas essentia-  
les, ut si hominem definitur compositum ex corpore et a-  
nimae. Secunda quae totum explicat per partes metaphysicas,  
seu per genus et differentiam, ut eundem hominem de-finitio animal rationale.

25 **65.** Ut definitio optima sit, quatuor  
debet observare regulas. 1°. ut definitio sit clarior re defi-  
nita: 2°. [...] universalis id omni est definitio conveniat.

[p. 38]



[p. 39]

**66.** Tertia debet esse propria, id est aliis a definito non convenire; quarta. debet cum definito converti, id est a definito ad definitionem et haec contra valet.

## SECTIO II. DE INTELLECTO JUDICANTE

<sup>5</sup>**67.** Simplicem rerum perceptionem iudicium consequitur. Traditis propterea, quae ad perceptionem spectant, ordo postulat ut quae ad iudicium attinent, videamus.

### CAPUT PRIMUM, JUDICII NATURA EXPLICATUR

**68.** Iudicium est actus quo unum de alio mens affirmat, aut n-  
<sup>10</sup>egat, ut cum dicimus de Deo quod sit justus.

**69.** Ut iudicii nostro clarior fiat opus est primo, ut simus conscii duarum idearum, videlicet ideae subjecti et praedicat. Requiritur secundo mutua duarum ipsarum comparatio. Requiritur postremo, **ut ipsarum idearum habitudo menti reluceat.** In eo atque actu  
<sup>15</sup>quo posita duarum idearum perceptione, earumque facta comparatione habitudine cognita mens unam de alia agendo vel negando enuntiat. Iudicium propterea est actus mentis omnino simplex posterior perceptione ab eaque necessario dependens adeo nimirum, ut ideae ad ipsum non pertineant nisi tanquam materia cir-  
<sup>20</sup>ca quam mens iudicando versatur.

**70.** Iudicium dividitur in affirmativum et negativum. Primum est illud, quo unam ideam alteri convenire dicimus. Contra vero negativum, quo ideam alteri non competere pronuntiamus. Proprietates iudicii sunt veritas et falsitas. Iudicium dici-  
<sup>25</sup>tur verum, si proprio objecto consentaneum sit; falsum si illi

minime congruat.

CAPUT SECUNDUM, DE ORIGINE VITIORUM  
QUIBUS JUDICIA NOSTRA LABEFACTARE SOLENT, ET QUOMODO

[p. 40]

ILLIS SIT OCCURRENDUM

**71.** Duo maxime sunt, quae nos impediunt, quominus recto de rebus judicemus, infantiae scilicet praepudicia et praecipitatio mentis. Infantiae praepudicia sunt illae falsae opiniones, quas infantiae<sup>5</sup> tempore haurimus. Praecipitatio mentis est praeceptum de re, vel prorsus ignota, vel non satis explorata iudicium. His ergo vitiis, ut occurramus, sequentis dabimus regulas. Sit prima: omnibus his opinionibus exuenda mens nostra quae ante aetate vitae consuetudine temere arripuimus, earumque nulla deinceps pro vera habeatur<sup>10</sup> oportet, nisi maturo prius examine subjecta fuerit, attentoque animo considerata, et aequa rationis lance (?) expensa. Nolim tamen, ut dubitationis regula ultra quam pars sit, extendatur, quia sunt nonnulla, quae licet nobis cum nata ex ipsis terminus gravis vel levi adhibita attentione nobis<sup>15</sup> manifestissime constat; cuiusmodi est “omne totum est majus sua parte”.

**72.** Sit secunda regula.

Judicia nostra dandiu sustinere debemus, donec res, in qua versamur, sedulo examine discussa a nobis fuerit, optimeque perspecta;<sup>20</sup> qua summa temeritas est de re non nisi leviter explorata sententiam pronuntiasse.



**73.** Sit tertia regula.

Quae magni sunt ponderis, maximeque abstrusa, altiora et longa, quae vero sunt facilia parvique momenti attentata [...] <sup>25</sup> sed non tam morosa discussione consideremus, oportet.

**74.** Sit quarta [regula].

Praemisso sufficienti Dei examine de iudicium ferendi ad men-

[p. 41]

suram acquisita cognitionis, ita nimirum ut si cognitio fuerit clara et distincta iudicium sit stabile et fixum: contra vero aut nullum, aut non nisi timidum, si cognitio obscura fuerit, aut prorsus confusa.

<sup>5</sup> **75.** Pro mensura iudicii cum cognitione quatuor traduntur principia, quorum duo ad iudicium affirmativum, duo ad negativum spectant.

**76.** Principia iudicii affirmativi.

Quidquid in re comprehendendum nobis clare, distincte quod relucet, <sup>10</sup> id se ipsa re certissime de ipsa re affirmandum est.

Sic affirmare tuto possumus hominem ratione pollere, quia essentialiter concipi nequid homo, quin ratiocinandi vis identidem percipiatur. Secundum princeps: quidquid non nisi obscure et confuse menti attendenti apparet, id de ipsa re <sup>15</sup> non nisi dubitanter affirmandum est vel cohibendum est iudicium, donec illud in ipsa re contineri, clarius menti reluceat. Contingere enim potest, ut vere non insit, quod ei inesse, confuse tantum atque obscure apparet.

77. Principia iudicii negativi.

<sup>20</sup> Quidquid rei adversari perspicue attingitur, illud de ipsa re absolute negandum est. Nequit enim inesse rei, quod illi repugnat. Quidquid in re simplici apprehensione percepta minime comprehendi apparet, neque illi repugnare, negandum ipsa de re absolute non est, sed cohibere debet iudicium, donec vel repugnantia, vel non <sup>25</sup> continentia ope diligentis examinis clare cognoscatur; cuius ratio est, quia non simplice perceptione attingere ea omnia possumus

[p. 42]

quae rei competunt vel ipsi repugnant.

#### CAPUT TERTIUM, DE PROPOSITIONIS NATURA

78. Propositio sive enuntiatio generatim sumpta non est aliud quam ipsum internum mentis iudicium verbis expresum; definitur **oratio in qua unum de alio affirmando vel negando enuntiatur**.

79. Cum internum mentis iudicium verbis exprimi distincte nequiat nisi tum ipsae operae quibus mos iudicando versatur, tum ipso actus iudicativos mentis indicentur; ideo duplex vocabulorum <sup>10</sup> genus complectitur propositio nomen, nempe, et verbum, nomina ideis respondent. Verbum iudicativum mentis actum designat et exprimit. Hinc definitur verbum: **vox articulata** ad significandum affirmationem unius ideae de alia primario instituta; dicitur ad significandam affirmationem, quia verbus non exprimit negationem nisi particul **non** illi praefigatur. Nomine autem dicuntur termini propositionis ejusque extrema. Verbum vero illius copula nuncupatur. Nomina quippe extremum ut [...]

cum in propositione tenet. At verbum ea unit quodammodo, et simul conjungit.

**20 80.** Verbum vel substantivum est, vel adjectivum. Substantivum dicitur, quod affirmationem dumtaxat significat, ut verbum “sum”, “es”, “est”. Adjectivum vero, quod praeter affirmationem alterum quoque aut etiam utrumque propositionis extremum implicite continet, ut “amo” et alia similia, est enim “amo” perinde <sup>25</sup> hic “ego sum amans”. Termini propositionis vocantur subjectum et praedicatum. Quid sit subjectum et praedicatum, seu attributum jam in initio primae lectionis diximus.

**81.** Propositione in qua explicite habentur subjectum, praedicatum

[p. 43]

et copula, de tertio adjacente vocantur dialectici.

**82.** Cum vero de secundo adjacentem cujus subjectum vel praedicatum in verbo latet; sic de tertio adjacente haec est propositio: “homo est animal”. Contra vero de secundo haec alia: “ego cogito”.

<sup>5</sup> Quod si tam subjectum quam praedicatum per verbum exprimitur de primo vocatur adjacente, ut haec: “cogito”.

#### CAPUT QUARTUM, DE PROPOSITIONIS DIVISIONE

**83.** Ad hujus capiti initium sciendum est, quamlibet propositionem constare materia, forma, qualitate, et quantitate multipliciterque dividi per <sup>10</sup> respectum ad alias; dividitur primo propositione ratione formae (quae nihil est aliud quam illius affirmatio vel negatio) in affirmantem vel negantem.

Affirmans est illa in qua praedicatum subjecto adjungitur, ut cum dico “Deus est justus”. Negans vero est in praedicatum a subjecto removetur: ut cum dicitur “[Deus] non est mendax”. Propositio affirmans fit<sup>15</sup> negas, per particulam “non”, copulae praeposita, eamque afficientem; quia negatio non destrui nisi quod immediate affici.

**84.** Dividitur secundo propositio ratione qualitatis (quae veritas vel illius falsitas) in veram et falsam. Vera dicitur propositio **si illius objectum ita sit re ipsa sicuti in propositione enuntiatur**; falsa<sup>20</sup> vero si aliter hac ipsa est prima propositio objectum se habet.

**85.** Dividitur tertio propositio ratione materiae circa quam (quae sunt res, in quibus iudicium versatur) in necessariam et contingentem, in essentialem et accidentalem, et in mediatam et immediatam, et<sup>25</sup> in identicam et formalem. Propositio dicitur esse in materia necessaria quando necessario praedicatum subjecto convenit, si propositio sit affirmativa, vel illi repugnat, si sit negativa. Dicitur vero in materia contingente, quod habitudo praedicati ad subjectum omnino contingens est. Sic in materia necessaria est ista propositio:

[p. 44]

“homo est rationalis”; haec vero “Petrus est doctus”, in materia contingenti, quia rationalitas homini convenit necessario et non nisi contingenter Petro inest Doctrina. Propositio essentialis ea est in qua praedicatus est de essentia subjecti, ut “homo est animal”.<sup>5</sup> Accidentalis vero est in qua praedicatum ad subjecti essentiam non spectat, ut “Petrus est doctus”.

**86.** Propositio mediata dicitur illa in qua praedicatum

non competit subjecti, nisi ratione alterius attributi, quod primo in ipse subjecto continetur. Ea vero immediata vocatur, in qua praedicatum ita convenit subjecto, ut aliud assignari nequeat ratione cuius<sup>9</sup> illud ipsi subjecto conveniat.

**87.** Propositio identica est in qua praedicatum nullo prorsus modo differt a subjecto, ut “homo est homo”. Formalis ea est in qua praedicatum per modum formae subjectum ipsum respicit, ut “homo est rationalis”<sup>15</sup>.

**88.** Dividitur quarto propositio rationi modi praedicandi in absolutam et modalem. Absoluta dicitur propositio si minimo in illa exprimitur modus, quod predicatum se habeat ad subjectum.

**89.** Modalis vero, si modus palam in ipsa propositione fiat; sic<sup>20</sup> haec est modalis: “Petrus contingenter est doctus”; at vero absoluta haec alia “Petrus est doctus”. Modi autem sunt necessarium, contingens, possibile et impossibile.

**90.** Dividitur quinto propositio ratione materiae ex qua (quae sunt termini quibus illa componitur) in simplicem et compositam<sup>25</sup>. Simplex propositio illa quae uno constat subjecto et uno praedicato, et taliter est una, ut in plures dissolvi nequit, ut “Deus est justus”. Composita vero est ea, quae ex pluribus consurgit in quas possit resolvi. Porro si compositio sit manifesta, propositio explicite composita dividitur. Si vero paulo obscurus

<sup>9</sup> Original añade *nullus prorsus modo differt* tachado, quizás de otra mano.

[p. 45]

est implicite composita nuncupatur. Propositionum explicite compositarum sex potissimum numerantur species, videlicet conditionalis, copulativa, disjunctiva, causalis, discreta et relata.

**91.** Propositio conditionalis, sive hypothetica dicitur illa, quae ex duobus<sup>5</sup> propositionibus constat simul per particulam “si” unitis, ut “salvabitur peccator, si poenitentiam egerit”. Pars quae afficitur particula “si” vocatur antecedens propositionis conditionalis, aliena vero dicitur ejusdem consequens. Pro hac propositione servit sequens regula. Veritas propositionis conditionalis non a veritate partium,<sup>10</sup> sed a recta illarum conjunctione unice dependet. Nimirum vera est conditionalis propositio, si vero nequeat esse antecedens, quin verum sit consequens, licet utrumque, si absolute spectaretur, prorsus fallat. Sic illa est vera “Si astra respirant, vita donantur”, quia carere nequit vita, quod respirandi virtute praeditum est. At est con-<sup>15</sup>tra falsa: “Si Petrus currit, est albus”, quia ex positione cursus minime sequitur Petrum albedine donari.

**92.** Propositio copulativa, sive conjuncta est illa cujus partes copulantur per particulam “et”, “atque”, “nec”, etc. Regula pro hac propositione haec erit. Ad veritatem copulativae<sup>20</sup> propositionis requiritur, ut singular illius partes sint verae. Haec propterea est falsa: “Caelum planetarum diaphanum est et solidum”, quia licet caelum, in quo planetas moventur, diaphaneitate praeditum est, duritia tamen non gaudet.

**93.** Propositio disjuncta ea est, cujus partes<sup>25</sup> simul uniuntur per particulam “autem”. Regula pro hac propositio erit ut vera sit propositio disjunctiva, una tantum disjunctionis pari debet esse vera. Haec proinde est falsa: “Omnis humana actio, aut

bona est, aut mala”, cum plurimorum sententia detur medium nempe actio indifferens. Propositio causalis dicitur illa cujus membra<sup>30</sup> sunt simul unita per particulam causalem, “quia” vel alia hujusmodi. Regula pro hac propositione sequens inserviet.

[p. 46]

Ad veritatem causalis propositionis necesse est, ut pars causalis particula affecta sit vere ratio, sive causa, cur altera pars sit vera.

**94.** Propositio discreta est illa cujus partes simul copulantur per particulas adverbiales “sed”, “verum”, “tamen”, etc. Hinc veritas discretæ propositionis dependet, non solum a veritate singularum partium, verum etiam a veritatem adhibitæ discretionis. Haec proinde falsa est “Corpus lucidum est sol, neque tamen est animatum”, quia non est inconveniens, ut sol sit anima distitutus, simulque ingenti splendore<sup>10</sup> refulgeat. Propositio relativa est illa cujus una pars ad alteram refertur, vimque ab illa desumit. Hinc regula sequens: veritas hujusce propositionis ab accurata comparatione dependet. Unde haec est falsa: “Tantæ molis est sol, quantæ nudis oculis cernitur”.

<sup>15</sup>**95.** De propositionibus impliciter compositis quatuor potissimum sunt species, videlicet conclusiva, exceptiva, comparativa et reduplicativa. Ea porro propositiones, in quas illa resalitur, ejus exponentes dicuntur. Propositio exclusiva dicitur illa, cujus subjectum vel praedicatum particula exclusiva<sup>20</sup> “tantum”, “dumtaxat”, “solum”que affectum est. Si hujusmodi particula efficiat subjectum omnia alia ab illi diversa excluduntur a participatione praedicati. Si vero cadat in

praedicatum, sensus est, nullum aliud praedicatum ab illo diversum eodem modo a subjecto respici, eique convenire. Sic in<sup>25</sup> haec propositione: “solus Deus est immensus”, immensitas ita Deo tribuitur, ut aliis omnibus denegetur. In haec vero “Sonum dumtaxat auditus percipit”, omnes aliae qualitates sensibiles censentur, hujusmodi, ut per auditum percipi aut quoquam possint.

**96.** Exclusiva idcirco propositio in duas dissolvitur, quarum

[p. 47]

una affirmativa est, altera negativa, sic illa propositio “Deus solus est immensus”, in hanc resolvitur: “Deus immensus [est]” et “nullum aliud ens a Deo est immensum”. Regula pro hac propositio est: veritas exclusivae propositionis postulat ut singulae illius exponentes sint verae.

**97.** Exceptiva dicitur propositio in qua per particulam “praeter” vel aliam hujusmodi aliqua sub illius subjecto contenta a participatione praedicati excipiuntur. Talis est ista: “Omnis homo salvabitur, praeter iniquos”. Haec in duas partes quoque resolvitur, in affirmativam et negativam; idcirco ista propositio sequens inserviet regula. Hujus itidem propositionis veritas exigit, ut singulae illius exponentes sint verae.

**98.** Comparativa propositio dicitur illa, in qua praedicatum enuntiatur secundum aliquem gradum de subjecto per comparisonem ad aliud, cui illud praedicatum simpliciter tribuitur. Hinc ut propositio comparativa sit legitima praedicatum penes quod duo inter se comparantur debet utrique convenire.



**99.** Propositio reduplicativa est in qua per particulam “quatenus”, “prout”, etc. id de subjecto indicatur ratione cuius praedicatum illi convenit vel repugnat. Hinc infertur quod veritas reduplicativae propositionis exigit, ut attributum, quod particula reduplicativa afficitur, sit vere ratio cur praedicatum convenire subjecto vel illi repugnet.

**100.** Incidens vocatur propositio quae per nomina<sup>25</sup> relativa, “qui”, “quae”, “quod” exprimitur, aliorumque jungitur, quae principalis nuncupatur. Si incidens propositio determinat subjecto propositionis principalis, vera haec esse nequit, nisi illa quoque sit vera, minime veri si ea non nisi ad ornatum vere pertineat.

[p. 48]

**101.** Dividitur denique propositio ratione quantitatis, quae nihil est aliud quam propositionis extensio quam in ipsa propositione habet subjectum; dividitur inquam in universalem, particularem, indefinita et singularem; propositio universalis est illa cuius<sup>5</sup> subjectum afficitur termino universali, ut “omnis”, “nullu”; particularis, cuius subjectum afficitur termino particulari, ut “aliquis”. Indefinita cuius subjectum nullo circumscribitur signo, ut “homo”. Singularis demum, cuius subjectum terminus singularis est, ut “Petrus est”. Hinc notate primo quod propositio indefinita in<sup>10</sup> materia necessaria aequivalet universali universalitate metaphysica. Secundo, propositio indefinita in materia contingenti aequivalet particulari vel universali universalitate tantum morali. Tertio, propositio universalis universalitate metaphysica nequit esse vera, quin sit vera etiam<sup>15</sup> particularis sub illa contenta. Quarto, propositio universalis modalis tantum universalitate potest esse vera, quin sit vera

singularis, quae sub illa contineri videtur.

CAPUT QUINTUM, DE OPPOSITIONE PROPOSITIONUM

**102.** Propositionum oppositio est duarum propositionum idem<sup>20</sup> subjectum, idemque praedicatum habentium disconvenientiam vel penes formam tantum, quatenus scilicet una est affirmativa, altera negativa, vel totum penes qualitatem, quatenus nempe una est universalis, et altera particularis, vel demum una quantitatem simul atque formam, ut si nimirum<sup>25</sup> una sit universalis et affirmativa, altera vero particularis et negativa.

[p. 49]

**103.** Quatuor porro inter propositiones numerantur oppositionum species, scilicet contradictoria, contraria, subcontraria et subalterna. Contradictoria oppositio est repugnantia duarum propositionum quarum una est universalis affirmativa,<sup>5</sup> alia particularis negativa; etiam duas propositiones singulares quae penes formam sibi mutuo adversantur.

**104.** Oppositio contraria est disconvenientia duarum propositionum universalium penes formam quatenus nempe una affirmativa, altera negativa<sup>10</sup>va. Oppositio subcontraria est pugna duarum propositionum penes formam. Oppositio subalterna est disconvenientia duarum propositionum penes quantitatem tantum. Sequentes traduntur logici regulas pro his oppositionibus. Lex 1<sup>o</sup> pro contradictoriis. Propositiones contradictoriae oppositae<sup>15</sup>tae nequeunt esse simul verae, nec simul falsae, sed una

determinata vera est, altera falsa.

**105.** Leges pro contrariis. 1<sup>a</sup>. Propositiones contrariae oppositae in nulla materia possunt esse simul verae, sed earum una est vera, altera est falsa. 2<sup>a</sup>. Propositione contrariae in materia contingenti possunt esse simul falsae. At vero in materia necessaria propositiones contrariae sic se habent, ut una vera sit altera falsa. Leges pro subcontrariis. 1<sup>a</sup>. Propositiones subcontrariae in nulla materia possunt esse simul falsae. 2<sup>a</sup>. Propositiones<sup>20</sup> subcontrariae in materia contingenti possunt esse simul verae; 3<sup>a</sup> In materia vero necessaria nequeunt esse

[p. 50]

simul vera, sed si una vera altera falsa.

**106.** Leges pro subalternis. 1<sup>a</sup> [In] nulla materia potest subalternans esse vera, quin vera quoque sit subalternata. 2<sup>a</sup> In materia contingenti potest esse falsa propositio subalternans quin sit falsa propositio subalternata. 3<sup>a</sup> Contra vero in materia necessaria nequit subalternans esse falsa, quin falsa sit quoque subalternata. 4<sup>a</sup> In materia necessaria propositio subalternans sequitur propositionis conditionem subalternans, ita nimirum ut si haec est vera,<sup>5</sup> illa quoque sit vera, et si haec est falsa, illa itidem fallat.<sup>10</sup>

CAPUT SEXTUM, DE PROPOSITIONUM CONVERSIONE ET AEQUIPO-  
LENTIA

**107.** Conversio propositionis est illius inverso facta

per mutationem subjecti in praedicatum, et praedicati in<sup>15</sup> subjecto, quin ipsa propositio desinat esse vera. Dividitur in conversionem simplicem et per accidens. Prima est cum eadem maneat propositionis quantitas. Secunda cum quantitas mutatur. Verum advertite, quod dum una propositio in aliam convertatur, debent illius termini eandem extensionem<sup>20</sup> retinere, adeo ut si una particulariter, altera in quoque particulariter et vicissim accipiantur.

**108.** Quatuor sunt regulae

a Logicis traditae pro conversione. 1<sup>a</sup> Propositio particularis affirmativa convertitur simpliciter praefigendo scilicet notam particularitatis praedicato quod mutatum in subjectum. 2<sup>a</sup> Propositio particularis negativa nullo modo potest converti.

[p. 51]

3<sup>a</sup> Propositio universalis affirmativa convertitur per accidens, nimirum in particularem affirmativam; 4<sup>a</sup> Propositio universalis negativa convertitur simpliciter.

**109.** Aequipolentia est reductio propositionum oppositarum<sup>5</sup> ad eundem sensum per particulam “non”. Totum aequipolentiae artificium a natura negantis particulis pendet. Hinc ergo sequentes regulae deducuntur. 1<sup>a</sup> Propositiones contradictoriae fiunt aequipolentes, si alterutrius subjecto particula “non” praefigato. 2<sup>a</sup> Propositiones contrariae inter se conciliantur, particula<sup>10</sup> negativa alterutrius copulae praefixa. 3<sup>a</sup> Propositiones subalternae reduntur aequipolentes mediante duplici negatione, quarum una praefixa sit subjecto alterutrius, altera ejusdem copulae; 4<sup>a</sup> Propositiones subcontrariae nequeunt fieri aequi-

polentes.

<sup>15</sup> **110.** CAPUT SEPTIMUM, UBI EXPLICANTUR BREVITER  
PROPOSITIONUM CENSURAE,

QUAE IN USU APUD CRITICOS, PRO HUIUS

SECUNDUM MENTIS OPERATIONES CORONIDE: Sciendum est primo quod  
propositio

dicitur necessario vera, sed ante illius explanationem advertatis

<sup>20</sup> vellim, quod veritas tripliciter accipi solet. Prima est veritas rei, quae

est conformitas rei cum suis principiis, ut verum aurum dicitur  
quod habet principia veri auri, et non tantum similitudinem

exteriorem. Secunda est veritas locutionis, quae est duplex, nam si  
sermo rebus consentiat, dicitur verus; si cognitiones et iudicio lo-

<sup>25</sup>quentis conformes, dicitur vera. Tertia est veritas cognitionis quae

etiam dicitur formalis, estque duplex: alia dicitur interna, alia ex  
terna. Veritas interna est congruentia et conformitas idearum in-

ter se, quamvis id, de quo cogitamus non existat. Tales sunt pri-  
mae veritatis: impossibile est idem simul esse et non esse.

<sup>30</sup> Veritas externa est conformitas cognitioni signis extra men-  
tem positam, ita ut eodem prorsus modo existat quo cognos-  
citur, ita verae sunt cognitiones quae formamur circa rerum

[p. 52]

essentiam. Hoc notatur dico quod propositio quae necessario vera

dicitur est illa, quae ita est vera, ut falsa esse non possit; triplex

porro veritas necessitas in propositione: metaphysica scilicet,

physica et morali. Propositio dicitur necessario vera metaphysicae

<sup>5</sup> quae ita est vera ut prorsus repugnet eam esse falsam; v.g. “to-

tum est major sua parte”. Necesario vera physice est illa, quae licet

possit esse falsa, quin in aliqua vel minima terminorum

pugna appareat, fallere tamen nequit, si vires naturae experientur atque ad illius leges propositio ipsa referatur;  
<sup>10</sup> v.g. “omne grave deorsum tendit”. Propositio necessario vera moraliter est illa, quae vera quidem est, at non ita, ut si falleret, aut violarentur naturae leges aut aliqua in terminis sequeretur contradictio.

**111.** Sciendum est secundo, quod propositio dicitur etiam evidenter vera,  
<sup>15</sup> et est illa quae ita vera nobis relucet, ut habitudo ipsa praedicati ad subiectum mentem vivide percellat, at veluti feriat, v.g. “necesse est ut corrumpat tandem et pereat quod ex contraries intrinsicis constat”. Propositio etiam est per se nota, et est illa cujus veritas sola terminorum perceptione nobis nitide innotescit.

<sup>20</sup> Hinc advertendum est, quod licet omnis propositio per se nota sit evidens, non tamen omnis propositio evidens per se nota habenda est. Innumerae quippe sunt propositiones nobis plane evidentes quae tamen ex suis terminis nequequam sunt manifestae. Quid sit evidentia iam explico. Evidentia tum  
<sup>25</sup> clara objecti repraesentatio ut intellectus nequidem levissimam falsitatis suspicionem habere, aut iudicium suspendere valeat, sed ad assensum plane rapiatur. Igitur evidentiae characteres sunt clara objecti cognitio, exclusio omni dubii et necessitas assensus.

[p. 53]

**112.** Haec intelligi vellim de evidentia proprie tali seu metaphysica; quid autem sit evidentia [physica] et moralis, est inferius dicendi de certitudine constassit. Duplex est propositionum evidentia metaphysica: una immediata, alia mediata. Propositio immediate  
<sup>5</sup> evidens est illa cujus veritas ex ipsis terminis patet, v.g.

“implisibile est idem simul esse et non esse”. Propositio mediate evidens est illa quae ex per se nota manifeste deducitur.

**113.** Sciendum est tertio, quod propositio etiam dicitur certa, et est illa, cui mens iudicia suo firmiter adhaeret, quatenus aliter vera menti apparet, ut nihil falsi illi subdesse arbitretur. Ex hac definitione patet, quid sit certitudo, quae nihil aliud est nisi cognitio rei immixta motivo omne dubium prudens excludente. Pro ratione motivi certitudo alia est supernaturalis, qualis habetur in actibus fidei, alia naturalis qualis habetur in actibus naturaliter evidentibus. Utraque dividitur in certitudinem infalibilitatis seu objectivam, et subjectivam seu adhaesionis. Prioris actum seu cognitionis determinatio ad veritatem orta ex objecto et motivo. Posterius est tam firma mentis adhaesio seu alligatio ad objectum ut mens ipsa a propositionis veritate prudenter dubitare nequeat.

**114.** Triplex est certitudo objectiva propositionum, metaphysica scilicet, physica et moralis. Propositio dicitur metaphysica certa cum ita nobis appareat ut prorsus repugnare videatur, utpote ortu ex principiis absolute infalibilibus, exemplo sit primi articuli et prima principia. Propositio est physice certa, cum ita nobis appareat vera ut salvis naturae legibus, et citra miraculum, falsa esse non potest. Moraliter demum certa est illa, quae etsi apparet esse falsa, numquam tamen fallit. Verum advertite, cavendum esse ne propositio certa cum propositione evidenti confundatur, quia licet omnis propositio sit certa, non haec contra

[p. 54]

plura enim licet obscurabunt certae.

**115.** Porro [...] quod probabilis dicitur propositio quae veritati consentanea quidem videri, verum non ita, ut licitum nobis nequaquam sit de illius veritate vel levissimo dubitare. Propositio probabilis<sup>5</sup> fundatur in opinione, quae quidem opinio est assensus praestitus propter motivum falibilem, sive est actus, quo quid uni contradictionis parti cum alteras assentitur formidine. Cum ex Sancto Augustino, duo sunt quae ad verum nos dirigunt, ratio nimirum, et auctoritas, ideo duplex propositionum probabilitas: intrinseca est una, scilicet, extrinseca altera. Propositio<sup>10</sup> dicitur probabilis intrinsece quae consona veritate apparet propter rationem. Dicitur probabilis extrinsece, si non nisi propter auctoritatem vi consentire illa videatur. Contra vero improbabilis ea dicitur propositio quae nobis potius falsa quam vera apparet utpote ratione levi et parum solida nixa.

<sup>15</sup> **116.** Hinc probabilitas suos habet gradus cum rationes dentur aliae alius graviores.

**117.** Sciendum quarto quod dubia etiam vocatur propositio illa, quae neque vera nobis apparet neque falsa. Hinc dubium est suspensio iudiciiis absoluti circa utramque contradictionis partem, ad formidinem erroris.

<sup>20</sup> Formido autem est actus quo rem forte alio modo se habere atque ideo nos in errore periculo versari cognoscimus. Duplex propositio dubia positive nempe et negative. Propositio positive dubia est illa pro qua et contra quam stant momenta et aequae valida. Dubia vero negativae ea est, pro qua nulla stat ratio verum neque contra illam aliqua<sup>25</sup> ratio pugnat.

**118.** Sciendum <sup>5</sup> quod fides est actus quo alicui propositioni assentimur propter loquentis auctoritatem. Cum ergo duplex ita, auctoritas Dei scilicet, et hominum, duplex quoque sic distinguitur, divina et humana. Divina est actus quo assentimur veritatibus revelatis propter auctoritatem Dei<sup>30</sup> revelantis. Fides humana est actus quo alicui propositioni assentimur propter auctoritatem hominis dicentis. Haec auctoritas vel spectantur



in dogmatibus seu doctrinae assertionibus, vel in narrationibus facti,

[p. 55]

dicti ab illo cogitato [...] <sup>10</sup> cum attenduntur rationes quibus [...] affirmantur. Sequentia considerantur plura, quae in secunda nostrae Logicae parte, ubi de capitulo [...] criterio veritatis expenduntur.

<sup>5</sup> **119.** Alias propositiones occurrant explicandas, sed quia ejus explanatio magis ad alias facultates quam ad logicam pertineat, ideo dicta pro secunda intellectus nostrae operatione jam sufficiam.

SECTIO III. DE TERTIA MENTIS OPERATIONE  
SEU DE DISCURSU

<sup>10</sup> **120.** Post iudicium considerata nobis occurrit ratiocinatio <sup>11</sup>; illius tanta est utilitas ut perfectioni atque iudicio proferenda videntur. Innumera quippe laterent, si nobis deesset ratiocinandi vis. Quae igitur ad hanc mentis operatione spectant, paucis haec loco exponemus et clarius quod fieri a nobis poterit explicabimus.

<sup>15</sup> CAPUT PRIMUM: EXPONUNTUR RATIOCINATIONIS  
NATURA EIUSQUE GENERALIA PRINCIPIA  
TRADUNTUR

**121.** Ratiocinatio sive discursus est illa humanae mentis operatio quae ig-

<sup>10</sup> Texto borrado, tres lagunas de una palabra.

<sup>11</sup> Original *ratio et finatio*, no hace sentido; probable error auditivo del copista.

notum ex noto colligitur. Sed quid ratiocinationis necessitas ex eo<sup>20</sup> in nobis nascitur, quod non omnium duarum quaerumcumque idearum habitudinem habeamur, uno simplici intuitu attingere. Sic tertiam ideam quondam eam in subsidium vocari cogamur, atque cum illa comparare quae simul omnes conferre inter se mutuo; ideo clarius definiret posse videtur ratiocinatio, operatio finita mentis qua ex<sup>25</sup> certa habitudine duarum idearum ad tertiam cui ille comparantur earundem habitudo Inter. se, quae antea ignorabatur colligitur.

**122.** Tria in quavis ratiocinative recte a logicis distinguuntur, antecedens scilicet, consequens et consequentia. Antecedens sunt illa iudicia, ex quibus aliud inferitur. Consequens est iudicium quod ex aliis<sup>30</sup> deducitur. Consequentia vero sive illatio st ipsa consequentis ex antecedente consecutio. Antecedens versatur totum in compara-

[p. 56]

tionem duarum idearum um tertia. Consequens in comparatione earundem inter se. Sic in hoc discursu: “omnis homo est vivens, Petrus est homo, ergo Petrus est vivens”. Antecedens sunt duae primae propositiones. Consequens est iudicium ex illis illatum “Petrus est vivens”. Consequentia vero est ipsa deductio, ly “ergo”.

**123.** Argumentatio est ipsa tota interna mentis ratiocinatio verbis expressa. Definitur propterea oratio ex pluribus propositionibus constans ea ratione dispositis inter se, ut ulla ex aliis inferatur. Sicut enim ratiocinatio iudicia plura complectitur, ita argumentatio plures propositiones<sup>10</sup> contineat necesse est. Notandum tandem argumentationem et ratiocinationem promiscue accipi, sic quae argumentatione dicantur etiam de ratiocinatione intelligenda sunt. Argumentatio dividitur in affirmativam et negativam. Prior est cujus conse-

quens est propositio affirmativa; posterior vero cujus conse-  
<sup>15</sup>quens est propositio negativa. Sicut autem hujusmodi pro-  
positiones omnino diversae sunt inter se, ita plane diversa  
sunt principia, quibus utraque argumentatio innititur.

**124.** Principia argumentationis affirmativa.

Primo quae convenient cum aliquo tertio conveniunt quoque in-  
<sup>20</sup>ter se. Secundo, quidquid affirmatur de idea universali sump-  
ta secundum integram suma extensionem affirmari etiam potest  
de quaevis, quod sub illa continetur. Hoc principium vocatur  
in schola, “dici de omni”.

**125.** Principia argumentationis negativae.

<sup>25</sup>Primum: si una duarum idearum conveniat cum tertiam  
cum quae altera non convenit, illae duae ideae componi minime  
possunt inter se. Secundum: quidquid negatur de idea univer-  
sali integram secundum suma extensionem, negatur  
de omni eo, quod in extensione ipsius ideae continetur.

[p. 57]

**126.** Hoc principium nominatur “dici de nullo”.

**127.** Regulae optimae illationis.

Duplex est illatio, materialis et formalis. Formalis vocatur  
illatio, cum consequens sequitur ex antecedenti veluti effectus  
<sup>5</sup>a sua causa, atque adeo ea lege ut ideo praecise consequens sit  
verum, quia verum est antecedens, ex quo deducitur. Materialis  
vero e contra, est illatio cum antecedens non ita ex causa con-  
sequentia, ut hujus veritas ex illius veritate proveniat.  
Pro distinguenda formali illatione, eaque a materiale discernenda,

<sup>10</sup> sequentes regulae traduntur.

**128.** Regula prima: Optima et illatio si ex contradictorio consequentis sequatur contradictorum antecedentis. Hujus autem regulae evidens est ratio: sicut enim ex convenientia duarum idearum cum tertia sequitur convenientia earum-

<sup>15</sup>dem inter se, ita ex eo quod duae idaeae minime sibi mutuo consentiant, sequitur eas nunquam posse cum tertia convenire. Similiter quemadmodum ex eo, quod una duarum idearum conveniat cum tertia, cum qua altera minime convenit, infertur optime ea non convenire inter se; ita vicissim, si duae idaeae conveniant inter <sup>20</sup>se mutuo, necesse est ut utraque convaniant cum illa, cum qua una illarum optime. Regula secunda: Illatio est optima si verum ipse nequeat antecedens, quin verum sit consequens. Regula 3<sup>a</sup>: ex vero no nisi verum potest legitima illatione deducere.

<sup>25</sup> **129.** Septem sunt argumentationes, nimirum syllogismus, enthymema, epicherema, dilema, sorites, inductio et exemplum, quae omnes sequentibus expendemus.

#### CAPUT SECUNDUM, DE SYLLOGISMO

**130.** Cum ex syllogismo reliquae omnia argumentationis <sup>30</sup>speciei, veluti ex supremo capite prodeant, ipsa rei natura postulat

[p. 58]

ut in illis singillatim explicandis exordium a syllogismo sumatur. Est itaque syllogismus argumentatio tribus terminis constans, totidem propositionis complectens, ea lege dispositas, atque connexas inter se ut quae pos-

teriori loco est ex prioribus perinde ac effectus a sua causa consequatur,  
<sup>5</sup> ut “Omnis homo est compositum rationis, Petrus est homo, ergo Petrus est  
 compositum ratio-  
 nis”. Propositiones in syllogismo, ex quibus alia infertur, illius praemissae  
 dicun-  
 tur, ea vero quae ex illis colligitur, ejusdem conclusio vocatur. Prima praemis-  
 sarum dicitur major, et secunda minor, quia illa praedicatum conclusio-  
 nis, qua major extremum, haec vero conclusionis subjectum quod ni-  
<sup>10</sup>mis extremum dici solet, complectitur. Subjectum porro conclusionis  
 vocant Logici minus extremum; at contra illius praedicatum  
 extremum majus, quia nimirum in praedicatione directa, quod magis  
 universale de eo quod minus est universale, enuntiatur. Postremo  
 syllogismi terminus illa scilicet cui in praemissis utrumque conclu-  
<sup>15</sup>sionis extremum comparatur, medium terminus dicitur, quate-  
 nus nempe extrema sive mutuo veluti conciliatur; estque id quod me-  
 diante extremorum habitudo antea nobis ignota palam efficitur.

**131.** Dividitur syllogismus in simplicem et compositum. Simplex  
 est ille, qui duo simplicem terminos et medium unum complectitur,  
<sup>20</sup> atque adeo ex tribus simplicibus coalescit, ut in exemplo antea  
 posito patet. Compositus hic est, cujus una praemissarum est pro-  
 positio composita, et quidem sic in eo distributa, ut una illius  
 assumatur in minorem, et altera in conclusionem deducatur,  
 v.g. “si mundus providentia regitur simul atque consilio, detur Deus;  
<sup>25</sup> sed mundus regitur providentia et consilio; ergo datur Deus”.

**132.** Syllogismus simplex duplex est, alter scilicet de termino  
 communi, alter expositivus. Primus est ille cujus utraque vel  
 alterutra praemissarum est propositio universalis. Expositivus  
 cujus omnes propositiones sunt singulares. In syllogismo  
<sup>30</sup> simplici duo consideranda sunt, materia scilicet et forma.

[p. 59]

**133.** Materia duplex est, remota et proxima. Remota sunt termini, proxima propositiones. Forma est artificiosa materia dispositio. Eaque est duplex; forma quae remotam materiam respicit, dicitur figura. Quae vero proxima, modus nuncupatur. Figura est dispositio medii termini cum extremis in praemissis. Modus vero est combinatio propositionum in syllogismo secundum earum quantitatem, et qualitatem.

CAPUT TERTIUM, DE SIMPLICIS  
<sup>10</sup>SYLLOGISMORUM FIGURIS ET  
MODIS

**134.** Quadrifariam cum medius terminus disponi possit, cum utroque extremo in praemissis, quadruplex syllogismi forma jure distinguitur. Prima est in qua medium terminus habet rationem subjecti in majore propositione, <sup>15</sup>et praedicati in minori; unde majus extremum in illa praedicatum, et minus extremum in ista subjicitur, quemadmodum in hoc syllogismo: “Omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal”. Secunda figura est in qua medium terminus habet <sup>20</sup>rationem praedicati in utraque praemissa; unde extrema in eisdem, ut “Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis”. Tertia est in qua medium terminus est subjectum in utraque praemissa, quo fit, ut extrema in ipsis praedicentur, ut “Omnis <sup>25</sup>homo est animal, omnis homo est vivens, ergo aliquod

[p. 60]

vivens est animal”. Quarta postremo figura est illa in qua medium terminus habet rationem praecicati in majore propositione, et majus extremum rationem subjecti, ut v.g. “Omnis homo est animal, omne animal est substantia, ergo<sup>5</sup> aliqua substantia est homo”. Verum advertite, quod haec figura in nullo praetio est, et jure quidem, quia mera est primae inversio. Trium primarum diversitas exprimitur in hoc versiculo  
 Sub prae prima,  
<sup>10</sup> Secunda bis prae,  
 Tertia bis sub.

**135.** Modi syllogistici.

Quatuor signa sexaginta sunt modi quibus propositiones secundum quantitatem et qualitatem<sup>15</sup> Icombinari inter se mutuo possunt. Has omnes combinationis exhibet laterculum subjectum, in quo litera **A** significat universalem affirmativam, **E** universalem negativam, **I** particularem affirmativam, **O** particularem negativam, juxta illud

<sup>20</sup> Asserit **A**, negat **E**<sup>12</sup>, verum generaliter ambo Asserit **I**, negat **O**, sed particulariter ambo

**136.** Verum cum non omnes hi modi utiles sint, ut ab inutilibus discernant, tres tantummodo leges dabimus pro triplici assignata figura syllogismi, nempe prima figura: major<sup>25</sup> sit semper universalis, et minor affirmativa. Secunda figura: major sit universalis, et alterutra ex praemissis una con-

<sup>12</sup> Original *O*, evidente error el copista.

clusione sit negativa. In tertia figura minor sit affirmativa et conclusio particularis. Versiculae qui sequuntur exhibent

[p. 61]

distributionem modorum in tres classes pro figurarum numero.

**137.** Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralicto  
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frissesomorum  
Cesare, camestres Festino, Barocco, Darapti  
<sup>5</sup>Felapton, Disamis, Datisi, Bicardo, Ferison

**138.** Ex his novemdecim modis, novem primi pertinent ad primam figuram, quatuor sequentes ad secundam, et sex ultimi ad tertiam.

#### CAPUT QUARTUM, DE SYLLOGISMORUM REGULIS

<sup>10</sup>**139.** Ne falsa sit syllogismorum conclusio, sex a Logicis regulas traditae solent, quibus observatis, talis est syllogismus, ut concessis duabus praemissis, conclusio necessario concedi debeat.

**140.** Regula prima: syllogismus tribus unice terminis componatur, extremis nempe duabus propositionibus controversiae, et <sup>15</sup>medio. Hujus regulae veritas patet ex principiis, quibus utraque argumentatio innititur.

**141.** Regula secunda: medius terminus saltem in una praemissarum sumatur universaliter. Ratio hujus regulae, est quia si medium terminus in utraque praemissarum sumatur sit particularis, <sup>20</sup>duas efficiet diversas ideas, adeoque quatuor erunt in syllo-



gismo termini, quot vetitum fit per primam regulam. Igitur si dicam: “Quidam homines sunt pii, sed quidam homines sunt furis, quidam homines etc.” Hic est paralogismus, nam medium terminum “homines” sumatur in utraque praemissarum particulariter, duas efficit hominum plane diversas, adeoque quatuor sunt in syllogismo termini.

**142.** Regula tertia: termini in conclusione nequeunt esse universales quam in praemissis. Ratio autem

[p. 62]

quia propositionis universalis non continentur in particularibus, adeoque conclusio nequit esse universalior praemissis ex quibus sequitur; erit igitur vitiosus hic syllogismus: “Circulus est figura, sed circulus continet 360 grada, ergo omnis figura, etc.”.

<sup>5</sup> **143.** Regula quarta: ex praemissis negantibus nihil concludi potest, nam ubi praemissae sunt ambae negativae duae ideae tertia comparatae non connectuntur, ergo neque concludere possunt a vim vice separatae, cum adhuc requiratur ut una earum sit cum tertia conjuncta, altera separata. <sup>10</sup> “Stellae fixae nonsunt planetae, sed luna non est stella fixa”.

**144.** Regula quinta: ex praemissis affirmativis sequitur conclusio affirmativa, nam uni praemissis sunt ambae affirmativae, duae ideae uniuntur tertiae, ergo in <sup>15</sup> conclusione uniuntur et intersunt, quod non nisi per affirmativam fieri potest.

**145.** Regula sexta: conclusio sequitur debiliorem partem,

nempe datis praemissis quarum una sit affirmativa, altera negativa, conclusio est negativa, et sic de reliquis. Quicumque<sup>20</sup> igitur syllogismus contra has regulas peccaverit, non erit verus syllogismus, sed paralogismus, cujus fallatia detegetur cum assignatis regulis.

CAPUT QUINTUM, DE SYLLOGISMIS COMPOSITIS

**146.** Quid sit syllogismus jam in primo capite vidimus,<sup>25</sup> restat modo, et quatuor sit explicantur. Dividitur ergo syllogismus compositus in conditionalem, disjunctivum, causalem, explicativum.

**147.** Syllogismus itaque conditionalis hic est qui per majori propositione habet integram conditionalem, ex qua tunc minor, tunc conclusio affirmatur, vel in minore affirmatur conditio<sup>13</sup>, et in conclusione affirmatur conditionatum, vel in minore negatur conditionatum, et in conclusione negatur conditio; sint exempla: “Si luna esset terra similima, haberet incolas; sed luna est terra similima,

[p. 63]

ergo luna habet incolas”, “Si terra moveretur mutaret distantiam a Stella Polaris, sed terra non mutat distantiam a Stella Polaris, ergo terra non movetur”.

**148.** Ut syllogismus conditionalis vim habeat tria necessaria sunt: primum, ut in-

<sup>13</sup> Original *conclusio*, no hace sentido.

ter conditionem et conditionatum sit necessaria connexio; alterum, ut appositione in minori inferatur appositio conditionati in conclusione; tertium ut ex remotione conditionati in minori inferatur remotio conditionis in <sup>10</sup>conclusionem. Nisi haec tria salventur conditionalis syllogismus erit vitiosus; sint exempla: “Si Divus Paulus Romae fuit, ibi fuit Episcopus; sed Divus Paulus Romae fuit, ergo fuit ibi Episcopus”; “Si luterani forent turcae, essent infideles; atque luterani sunt infideles, ergo sunt turcae”; “Si luterani forent <sup>15</sup>turcae essent infideles, atqui luterani non sunt infideles, ergo non sunt turcae”. Primus syllogismus contra primam regulam peccat, secundus contra secundam et tertius contra tertiam, adeoque nullam habent vim.

**149.** Syllogismus causalis habet pro majori causalem, <sup>20</sup>in minori demonstrat alteri subjectum eadem causam competere, ac infert in conclusione eidem subjecto competere attributum majoris; vel si in minori neget causam alteri convenire, infert in conclusione attributum majoris non competere subjecto minoris. Ecce exempla: “Ideo animalia <sup>25</sup>perfecta ex ovis oriuntur quia habent machinam excedentem naturae vires, sed etiam insecta habent machinam excedentem naturae vires, ergo etiam insecta ex ovis oriuntur”; “Ideo sol semper splendet, quia habet proprium lumen; sed luna non habet proprium lumen, ergo luna <sup>30</sup>non semper splendet”. Ut hoc argumentum vim habeat requiritur ut major sit legitima causalis.

**150.** Tandem syllogismus copulativus habet pro majori copulativam, quae negativa sit, minor est affirmativa unius partis copulativi

<sup>35</sup> et conclusio est negativa alterius, vel e converso<sup>14</sup>: minor negat unum membrum, et aliud affirmat conclusio, v.g. “Nemo potest Deo servire et Mammonae; sed avari serviunt Mammonae, ergo avari non serviunt Deo”; “... sed pauperes

[p. 64]

spiritui non serviunt Mammonae, ergo pauperes serviunt Deo”.

CAPUT SEXTUM, DE RELIQUIS ARGUMENTATIONIBUS SPECIEBUS

**151.** Quamvis syllogismus sit argumentatio omnium <sup>5</sup>perfectissima, non propterea caeterae argumentationes negligenda sunt. Insignis siquidem est illarum usus, neque exigua earundem utilitas; eas igitur paucis exponemus. Enthymema, quod etiam syllogismus truncatus, vel imperfectus dicitur, est argumentatio <sup>10</sup>duabus constat propositionibus, quarum una ex alia infertur; unde prima antecedens, altera conclusio vocantur; v.g. “Lux ab obstaculo reflectet, ergo est corpus”. Enthymemate quantum possumus uti debemus, cum sermo ad brevitatem et claritatem mirifice conducat.

<sup>15</sup> **152.** Epicherema est syllogismus dialecticus, cujus propositiones non omnem habet certitudinem qui propterea ad probabilitatem inducit; non autem apodixe, id est, demonstratione. V. g. “Pater omnis diligit filium; sed Petrus est pater Pauli, ergo Petrus

<sup>14</sup> Original *ex adverso* (?).

<sup>20</sup> diligit Paulus”. Dilemma, sive argumentatio cornuta ea est, in qua duae partes ita disponuntur, ut alterutra eligat adversarius rem, sibi incommoda admitti, v.g. “Vel ille studuit, vel non studuit; si studuit eves est, quia nihil proficit, si non studuit ignarus, quia virtus non nisi studio<sup>25</sup> acquiritur”.

**153.** Inductio<sup>15</sup> est argumentatio, qua ex partibus aut a singularibus ad universalia fit progressus; ut si dicamus “aqua gravitat, ignis, aer gravitat, lapis, metallum etc. gravitat, ergo omnis corpus gravitat”. Exemplum est<sup>30</sup> argumentatio per similitudinem v.g. “Christus pepercit Magdalenae penitenti, ergo etiam mihi penitenti percet”.

[p. 65]

**154.** Porro ad exemplum referunt parabolas et apologus; parabola dicitur si factum quod asseritur re vera non contingerit, sed possibile tantum sit et verissimile. Vocatur vere apologus si factum<sup>16</sup> sit impossibile ac prorsus repugnat.

<sup>5</sup> **155.** Sorites est argumentatio pluribus propositionibus constans, quarum secunda pendet a prima, tertia a secunda, et sic deinceps, sive quae ita coherent inter se, ut ultimae propositionis praedicatum cum subiecto primae componatur, v.g. “Avari multa desiderant, qui<sup>10</sup> multa desiderant, multis egent, qui multis egent vivunt inquieti, qui vivunt inquieti sunt miseri; ergo avari

<sup>15</sup> Original *sorites*, no corresponde al contenido explicado.

<sup>16</sup> Original añade *non*; debe suprimirse por el sentido del contexto.

sunt miseri”.

CAPUT SEPTIMUM, DE ARGUMENTATIONE  
DEMONSTRATIVA ET PROBABILE

<sup>15</sup> **156.** Hactenus et quidem satis de argumentatione considerata penes formam; modo non nulla de eadem penes proximam illius materiam spectat, ademus cujus itaque ratione dividitur argumentatio in apodicticam sive demonstrativa, et in dialecticam sive probabilem. Argumentatio demonstrativa ea est quae constat ex praemissis penitus evidentibus, unde rem demonstrare perinde omnino est, ac rem veluti digito ostendere.

**157.** Demonstratio

duplex est, una propter quid, seu a priori, altera quia <sup>25</sup> seu a posteriori; prima est illa, quae interius per prius effectus, scilicet, per causam et rei proprietatem per essentiam ostenditur, v.g. “Petrus habet corpus et anima, ergo vivit”. Demonstratio a posteriori vocatur illa quae prius per <sup>17</sup> posterius, nimirum causam per effectum vel rei naturam <sup>30</sup> per proprietatem, palam ostendit; v.g. “Animal rationale cogitat, ergo spiritualis”.

[p. 66]

**158.** Ad hanc postremam demonstrationis speciem revocari ea solet, quae per absurdum et impossibile vulgo a Scholasticis dicitur. Hac autem sit cum vera vel falsa ex eo evincitur propositio quod

<sup>17</sup> Original *vel*, no hace sentido.

contrarium admitti nequeat, quin aliquod absurdum el impos-  
<sup>5</sup>sibile inde sequatur.

**159.** Cognitio quae demonstrationis ope acquiritur scientia vocatur. Definitur autem scientia: cognitio certa et evidens rei necessariae ex demonstratione proveniens. Dicitur certa, id est, firme et stabilis; et per hoc scientia dif-  
<sup>10</sup>fert ab opinione, quae non est nisi obscura formidolosam. Dicitur evidens, id est clara, et per [hoc] discernitur a fide, quae tota obscura est. Dicitur rei necessariae quia ita est, ut aliter esse non possit res, qui per scientiam cognoscitur. Dicitur postremo ex demonstratione proveniens, ut discernatur  
<sup>15</sup>ab intelligentia, nempe a cognitione primorum principiorum. Sicut demonstratio est duplex, ita duplex scientia, scilicet perfectissima, et minus perfecta; perfecta illa per demonstrationem acquiritur, haec vero per demonstrationem a posteriori; per illam igitur res cognos-  
<sup>20</sup>citur et cur ita sit nobis manifeste reluceat, per hanc tantam rem ita esse ut dicitur. Argumentatio probabilis dicitur illa cujus utraque vel alterutra praemissarum non est nisi probabiliter vera.

CAPUT ULTIMUM, DE FALSIS RATIOCINIIS  
<sup>25</sup>SEU SOPHISMATIBUS

**160.** Hactenus rectos ratiocinii modos exposuimus postulat res ordo ut de falsis ratiociniis pauca dicamus; non quidem ut his in disputatione utamur, quod indecorum est ingenitaeque viro Philosopho indignum, sed ut ea cavere discamus,  
<sup>30</sup>si quanto cum sophista erit nobis congregiendum. Porro sophismata, alia sunt circa voces, alia circa res, id est, communiter alia in dictione, alia extra dictione.

**161.** Ad primam classem expectant amphibologia, fallatia sensus compositi et di-

[p. 67]

visi, ac tandem fallatia accentus. Fallatia aequivocationis dicitur ea quae oritur ex voce aequivocata dum sumitur aequivoce, v.g. “Omnis gallus habet pennas, sed hic homo est [gallus], ergo hic homo habet pennas”.

<sup>5</sup>**162.** Amphibologia est oratio plures sensus proprios habens, aut unum proprium et alium metaphoricum, quae fallatia plerumque committitur in antiquorum numinum oraculis, a exemplis v.g. “Qui arat litus scindit terrat, sed qui pigrum docet,  
<sup>10</sup> arat litus; ergo qui pigrum docet scindit”. Hinc amphibologia provenit ex hac oratione “arare litus”, quod etiam significat tempus perdere.

**163.** Fallatia sensui compositi committitur quando praedicare  
<sup>15</sup> quae tantum seorsum sumpta, sunt possibilis vel probabilia, atque sive sensum in praemissis identificata cum tertio, postea in conclusione affirmantur, ut simul juncta et identificata inter se; ut si arguam “Possibile est omnem hominem nunc dormire, sed possibile est om-  
<sup>20</sup> nem hominem nunc vigilare; ergo possibile est omnem hominem nunc vigilare et dormire”.

**164.** Econtra, quando praedicata, quae omnibus praedicatio simul sumptis, sive



toti conveniunt, singulis partibus convenire arguitur,  
<sup>25</sup> et tunc fit transitus a sensu composito a divisum,  
 committiturque fallatia sensus divisi, ut si ita arguam:  
 “Quinque duo et tria, sed duo et tria sunt numeris [par et impar]  
 ergo quinque est<sup>18</sup> numerus par et impar”. In majore  
 “duo” et “tria” faciunt sensum compositum, in minori ve-  
<sup>30</sup>ro diviso, Fallatia accentus datur cum vox eadem  
 in ejusdem syllogismi distinctis propositionibus sumi-  
 tur secundum variam significationem ex accentus  
 varietate ortam. “Quis venatur indiget canibus lepori,  
 sed Ovidius est venator leporis, ergo Ovidius  
<sup>35</sup> indiget canibus”.

**165.** Ad secundam sophismatum classem seu  
 ad fallatia extra dictione spectant ignoratio elen-  
 chi, petitio principii, fallatia non causa pro causa,

[p. 68]

enumeratio imperfectam fallatia accidentis, transitus a dicto secundum quid  
 ad dictum simpliciter, et fallatia plurium interrogationum.

**166.** Ignorantia elenchi aliud non est quam a quaestionis scho-  
 po aberratio, sive in oratione elenchi peccat, qui argumenta pro-  
<sup>5</sup>ponit, quae id quod controvertitur minime attinguntur; sic ignorantia  
 elenchi peccant qui Neutoni attractionem rejiciunt quod occulta  
 qualitas sit, cum Neutonus eam proponat tanquam effectus plu-  
 ribus notum experimentis, nihil de hujus causa determinanti.  
 Petitio principii est cum ad quaestionem aliquam determinandam

<sup>18</sup> Original *sunt*.

<sup>10</sup> assumitur id ipsum quod est in quaestione, v.g. ut animam humanam demonstrare esse immortalem, quia post corpus durabit; nam haec duratio post corpus est ipsa immortalitas. Huic fallatia referri potest circulus vitiosus in quem cadimus cum datis duabus propositionibus, prima per secundam et secunda per primam demonstramus.

<sup>15</sup> **167.** Fallatia non causa pro causa

est cum alicujus effectus sumitur tamquam causa, quae re ipsa ejus causa non est; est cum dicebant Gentiles Romani: “Religio Christiana est causa tot malorum quibus affligimur, ergo penitus delenda est”. Fallatia enumerationis imperfectae sita est in eo quod <sup>20</sup> ex uno et altero aliquid universale inferatur: si ex uno quod nonnulla sint nobis ignota, nihilominus certo cognoscitur. Fallatia accidentis est cum quod fortuito alicui convenit, id tamquam ipsi necessario conveniens assumitur; ut cum anthropomorphitae Deum vollunt humano corpore constantem, quod <sup>25</sup> aliquando sub specie humana apparuerit. Fallatia a dicto secundum quid ad dictum simpliciter, tunc committitur dum de re absolute nunciatur, quod ei solum ex parte convenit, v.g. ethiops est albus secundum dentes, ergo est albus.

**168.** Fallatia plurium interrogationum est, cum plures interrogationes

<sup>30</sup> proponuntur, quae videntur ejusdem specie, ac una eadem responsione dissolvendi, quae tamen plures exigunt responsiones, ut si judex reo interrogaret an solus hominem occiderit, si respondeat negative fatetur se habuisse socios criminis, si affirmative, fatetur se occisorem; duplici ergo responsionem<sup>19</sup>:  
35 nec occidit nec mihi socii adfuerunt.

#### SECTIO IV. DE QUARTA MENTIS OPERATIONE

<sup>19</sup> Original *occisiones*, no hace sentido.

**169.** Traditis quae apprehensionem iudicium atque ad ratio-

[p. 69]

nem pertinent, restat modo et aliqua de methodo videamus. Quid sit methodus, jam in Logicae Praefactione definitum fuit. Duplex distinguitur methodus: synthetica scilicet, sive compositionis, et analytica sive resolutionis; hisce addi possunt methodus disputandi et methodus studendi. De singulis pauca dicemus sequentibus in capitulis.

CAPUT PRIMUM, DE METODO LOGICO ANALÍTICO, SIVE  
INVENTIONIS

**170.** Methodus logicus analyticus, sive inventionis, est ars disponendi cogitationes nostras ad verum inveniendum. Dicitur **analytico** ab analysi, seu resolutione; eo quod in veritatem investigatione illa procedat; ut omnis totum in suas dividat partes; ut v.g. si proponatur solvenda haec quaestio: an<sup>15</sup> anima humana sit immortalis? Quaerendum est primo quid sibi vel in termini et qualis sit status quaestionis. Secundo exponendum est quid sit mens humana, et statim deprehendemus eam esse substantiam cogitationis participem. Tertio enique inquirendum est an in idea corporis contineatur cogitatio, et videbimus non contineri.<sup>20</sup> Quare legitime inferre debemus, mentem non esse corpoream, aut et ex partibus compositam nec proinde pendere a corpore ut sit, nec instar corporum corruptibile, sed esse natura sua incorruptibile semperque viventem, seu cogitantem, et consequenter immortalem. Hinc videbitis, quomodo ex notione<sup>25</sup> cogitationis, seu res cogitantis, ad posteriores notiones fecisse progressum, quales fiunt animam nostram a corpore dis-

tingui, et consequenter separata persistere, esseque natura sua incorruptibilem semperque viventem, adeoque immortalem.

**171.** Quatuor sunt praecipue hujus methodi

<sup>30</sup>leges. 1<sup>a</sup> Ut status quaestionis clare et distincte percipiatur, rejectis omnibus quae ad quaestionem non pertinent; 2<sup>a</sup> ut ab eo quod in quaestione notum est, ad id, quod innotum pedatim fiat progressus; 3<sup>a</sup> singulae quaestionis partes iter sint inspiciendae et inter se conferendae ut omnes ipsius habitus et relationes nobis <sup>35</sup>innotescant; 4<sup>a</sup> denique si ex notis ad innota procedendo ad aliquid notissimum perveniatur, a quo quaestionis solutio de-

[p. 70]

pendeat, in eo sistendum erit et synthetica methodo ad illius cognitionem erit utendum.

CAPUT SECUNDUM, DE METHODO SYNTHETICA, SEU  
COMPOSITIONIS

<sup>5</sup>**172.** Methodo synthetica est ars disponendi cognitiones nostras ut ita exponendas, ut veritas una ex altera facilius intelligi ac inferri possit: unde methodus doctrina appellatur. Nomen basit a graeca voce synthesis, quae compositionem significat; nam in doctrina quavis arte tradenda, quasi <sup>10</sup>componendo a simplicibus ad composita, aut ab universalibus ad particularia pedatim consultum est. Quatuor etiam sunt praecipue hujus methodi. Regulae prima: Omnia vocabula obscura, quibus utendum est in primis, clare explicentur et brevissime; omnia inutilibus quibusdam <sup>15</sup>conditionibus et auctorum citationibus quae tirone defatigant.

**173.** Regula secunda: statutis definitionibus sequantur axiomata, e quibus demonstranda veritas pendet. Notate quod per axioma intelligitur a Philosophis propositio aliqua cuilibet attendenti manifesta; v.g. “totum est major sua<sup>20</sup> parte”; potest aliquando axiomatum loco poni propositio falsa, vel dubia, quae tamen ab adversario tamquam certa habeatur.

**174.** Regula tertia:

Axiomata excipiant postulata, si quae occurrunt proponenda tamquam hypothesis. Nomine postulati intelligitur veritas<sup>25</sup> possibilis, quae assumitur amquam certa, ac omnibus manifesta; per hypothesim vero propositio, quae vera supponitur absque illius demonstrationis necessitate. Regula quarta instituat subjecti propositi divisio, ut singulae partes separatim explicentur. Regula quinta: De his quae ex definitionibus et axiomatibus praestabilitis necessaria illatione consequuntur, scientiam nos habere fatemur; de reliquis autem ab axiomatibus non dependentibus necessario tantummodo opinione.

**175.** Regulae utrique methodo communes sunt sequentes: 1<sup>a</sup> A facilioribus notionibus, ex proximioribus

[p. 71]

incipiendum est, atque ab his ad difficiliora obscuriora et remotiora progrediendum; 2<sup>a</sup> Ordo naturalis rerum servare debet, et ei accommodare artificialis; 3<sup>a</sup> Res de qua agitur quaestio, dividenda est, ea sint partes, quae seorsum pertractare oportet; 4<sup>a</sup> Opiniones nostrae contrariae sunt referendae

atque antequam propria stabiliatur refutandae<sup>20</sup> sunt. 5<sup>a</sup> inutilia et impertinentia recensentur, insistendo unice scho-  
po ad quem tendimur.

CAPUT TERTIUM, DE METODO DISPUTANDI

<sup>10</sup> 176. Disputatio est duarum sententiarum, quae sibi contra-  
diunt, comparatio. Ea autem inter duos institui con-  
suevi; quorum unum defendens, aliter arguens, vel oponens  
vocatur. Primus thesim aliquam veram esse propugnat; alter  
eam falsam ostendere conatur. Itaque arguentis munus est  
<sup>15</sup> prius definitis vocabulus quibus uti debet, nisi defendenti nota  
jam fuerint, justas afferre rationes contra defendentis thesim  
easque syllogismis vel enthymematibus proponere conclusio sit ipsa  
antithesis. Id autem faciet absque conviciis, verborumque strepi-  
tus, quae ingenuum virum decent. Utetur itaque syllogismis  
<sup>20</sup> quo fieri poterit brevissimis, atque nitidissimis. Quemli-  
bet ab arguente propositum syllogismum ex integra ac fideliter, sal-  
tem uo ad sensum, repetere debet defendens, quod ubi praestite-  
rit, singulas rerum assumens propositiones negando quae falsa sunt,  
concedendo quae vera, ac quae sunt dubia distinguendo, os-  
<sup>25</sup> tendendo nempe, quae in sensu verae sint, quae autem falsae,  
ac omittendo dubias, quae sive verae sint, sive falsas, praesuppositam  
thesim minime ferunt. Chaveta tamen sic utramque syllo-  
gismi praemissam concedat, ac conclusionem postea negat,  
nam in syllogismo recte disposito, ex praemissarum veritate  
<sup>30</sup> necessario sequitur conclusionis veritas. Caveat etiam ne dis-  
tinguat consequentiam cum hac sita nota illationis quae distinctioni  
nequit; sed ubi opus fuerit, distinguat consequens, vel con-  
clusionem.

<sup>20</sup> Original *referendae*, no hace sentido.

**177.** Negatas propositiones, munus erit arguentis

<sup>35</sup>probare novo argumento, ita ut nobis syllogismi conclusio sit eadem

[p. 72]

negata propositio. Propositiones a defendente distinctas, ita probare debet, ut ostendat eo ipso sensu veras esse, quod ab adversario negatae sunt, vel ostendat et si illo sensu dumtaxat verae sint, quo a defendente conceduntur, adhuc ejus thesim labefactere. Ita porro alternis vicibus procedendum est recto tramite, ita ut neque defendens vaga declamatione opponenti satisfactat, sed acta solutione respondeat, ne opponens ab schopo unquam defectat, sed ad illud recta via tendat, quem sibi disputationis initio finem constituit.

<sup>10</sup> **178.** Absolutum argumentum

ad summa capita defendens brevissime redigit, atque opportune disoludat; dixi opportune, non enim theseos propositionis responsionum afferri debeant, sed detur rationes quibus quaesitae difficultates prorsum extenuentur.

<sup>15</sup> CAPUT QUARTUM; DE METHODO STUDENTI

**179.** Cum Logica ad scientiam omnem, ac veritatem comparandam, viam extendere<sup>21</sup> debeat, erit etiam Logicae munus, praecepta tradere quibus possit mens in cujuslibet facultatis electu, studia sua ita disponere, ut ad eam consequendam<sup>20</sup> expedite perveniat.

<sup>21</sup> Original *externere* (?).

**180.** Igitur in primis studia eligantur earum facultatum, quae et genio et aetati, et mentis capacitati monitum Senecae: *non refert quam multos, sed quam bonos libros habeas; lectio certa prodest, vana dilectat.* Nempe paucos eliges libros eosque meliorem; notae quos recenset pro qualibet scientia in aureo tractatu de studiis monasticis clarissimus Mabillon. Hoc non multos sed multum leges. Nempe, neque interrupte, neque omnino alienis auris discreto, sed multa attentione nocturna<sup>30</sup> versabis manu versabis diurna.

**181.** Lectioni addes meditationem de qualitate et claritate veritateque doctrinarum jam lectarum, ut eas profundius penetres, distinguas ac veluti congruas et membras mandes. Cum memoria labilis sit<sup>35</sup> ac tantum sciamus, quantum memoria retinemus, hinc

[p. 73]

ad memoriae auxilium succedet scriptura, qua notata digniora in adversaria referes, ut cum opus fuerit, presto sit. Igitur quae meliora ex libris industrie eligeris ad certos rediges titulos, loco auctorem orebitur indicando, ut cum appertissimum fuerit,<sup>5</sup> ea possis invenire, quae eligisti. Meditatus est atque in adversaria retulisti latiora fiende memoriaeque proptiora si qua fieri saepius fieri possit ad animum revocabis. De eisdem cum viris doctis saepe colloqueris. Mirum enim quantum ex familiari erudita confabulatione jubetur memoria mentis capacitas<sup>10</sup> augeatur.



LOGICAE PARS POSTERIOR  
COMPLECTENS EXERCITATIONES SCHOLASTICAS IN  
QUATUOR MENTIS OPERATIONES

**182.** Praemissis generalioribus circa quatuor expositas mentis<sup>15</sup> operationes, notionibus quibus nostra logica partem priorem advolvimus, ut ipsarum potiore intelligentiam acquiratis. Scholasticas exercitationes in ipsas posteriori, ac in partem vobis exhibere decrevi, quibus etiam debite ac moderate, disputare assuescatis. Ut autem ordo servetur eas quatuor in<sup>20</sup> sectiones, quaestionibus subdivisas, veluti in quatuor classes distribuam, quarum quaelibet singulis mentis operationes respondententes exercitationes afferre; sed ante hoc disputationem unicam addam de quaestionibus proemialibus Logicae.

DISPUTATIO PROEMIALIS IN LOGICAM  
<sup>25</sup> IN QUAM ILLIUS NATURA, OBJECTUM ATQUE NECESSITAS TRACTATUR

CAPUT PRIMUM, UBI FINIS LOGICAE EXPENDITUR

**183.** Logicae fine cognitio facilius ejus natura perspectu fiet; finis itaque synonymis ratio habeat, idem est ac<sup>30</sup> terminus. Definitur autem id cujus aliquid fit gratia;

[p. 74]

duplex est, intrinsecus sive operae, extrinsecus sive operantis. Primus est id ad quod opus ipsum natura sua tendit. Secundus est id in quod suum ab operante dirigitur opus, seu ut ait S. Augustinus, propter quod facimus id, quod facimus. Sic finis intrinsecus circulationis san-

<sup>5</sup>guinis in animalibus est illorum vita. Sanitas vero est finis extrinsecum medicinae. Finis etiam proximus sive immediatus et remotus; ille est, id in quod opus immediate dirigitur, v.g. sanitas respectus aegri summentis pharmacum; iste dicitur id in quod dirigitur omnia quae fiunt, quin ipse ad alia referatur, sic lucrus est finis re-  
<sup>10</sup> motus medici, quia licet sanitas aegri intendat, hoc attamen nisi hoc lucrum sperantem. Iam ergo

**184.** Finis intrinsecus et immediatus logicae est humanam mentem idoneam reddere ad verum inveniendum, eamque perficere, ut recte operetur. Cujus ratio apud omnes  
<sup>15</sup> est certa, quia Logica ex natura sua eam immediate respicit, ut humana mens, ipsa mediante, recte percipiat, sine errore de rebus judicet, optime ratiocinetur, suasque cogitationes tum ad investigandam veritatem latentem, tum ad eam in aperto jam positam, recte disponat,  
<sup>20</sup> ordinateque distribuatur. Igitur.

**185.** Finis vero extrinsecus seu mediatus est perfecta rerum cognitio, sive ipsa veri inventio, cujus ratio est quia intelligendi facultas nobis indita est, ut verum investigemus, investigando cognoscamus, et cognoscendum fruamur. Unde ex lege natura  
<sup>25</sup> ultimo respicit Logica, ut humana mens perfectam rerum omnium scientiam obtineat, ergo finis extrinsecus Logicae est scientiarum acquisitio. Ratio quia compertum est neminem studio incumbere nisi ut aliis deinde disciplinis addiscendis operam cum fructu collocet, easque illius cum fructu acquiratur; ergo.

<sup>30</sup> CAPUT SECUNDUM: UTRUM SI LOGICA SIT SCIENTIA  
ET QUALIS SIT, ET SI AN EST ARS?

**186.** Logica ut jam diximus, definitivumque est naturalis et artificialis. Haec autem actualis, aut habitualis, docens aut utens dicitur. Logica actualis est quae comprehendit Canones et dictamina inqui-

<sup>35</sup>rendae veritatis. Habitualis est quaedam facilitas in intellectu relicta ex erepetitione ipsarum regularum. Docens dicit quae

[p. 75]

canones tradit, utens est, quae actualis discurrendo, utitur illis.

**187.** Notandum etiam quid sit scientia quae ut jam diximus est cognitio certa et evidens rei necessariae per demonstrationem<sup>5</sup> acquisita; duplex est, speculative nempe, et practica. Scientia speculativa est quae in vero investigando, contemplandoque tota posita est, atque in eo jam cognita, posita plane quiescat. Practica vero ea est, quae per se ordinatur ad operantem potentiam dirigendam, unde finis theorice est sola veritas practica vero opus.

<sup>10</sup> **188.** Notandum est de-  
nique, quod ars proprie dicta, sive liberalis, sive mecánica, est rectus quidam operandi habitus. Inter artes proprie dictas alia dicuntur factivae, aliae activae nuncupantur. Artes factivae sunt illae quae exercentur circa opus ex natura sua permanens ac durable, seu<sup>15</sup> ut ajunt, quae opus post se reliquunt, v.g. pictura. Artes activae sunt illae, quae dirigunt opus aliquod fluxum, et transiens, seu ut ajunt, quae post se non reliquunt opus, v.g. musica. Divisio celebris est artium in liberalibus et mechanicis. Ars liberalis est, qua non servi sed nobiles utuntur, et sunt septem; mechani-<sup>20</sup>ca est quam innobiles exercent, et etiam septem sunt, omnesque in his versibus continentur  
Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus,  
astra.  
Rus, nemus, arma, rates, vulnera, lana, faber

<sup>25</sup> His praebitis sit

### **189. Conclusio prima**

Logica est vere et proprie scientia. Probatur. Scientia justa dicta est cognitio certa et evidens rei necessariae per demonstrationem acquisita; sed in Logica dantur plures cognitiones certae et evidentes <sup>30</sup> habitae per demonstrationem. Ergo Logica est vere et proprie scientia. Minor probatur. Primo in parte definitiva, sic demonstrari potest. Definitio est explicatio rei vel oratio explicans remper attributa essentialia, sed ex explicatione rei per attributa

[p. 76]

essentialia, oritur cognitio certa et evidens, ut per se patet; ergo ex definitione datur in Logica cognitio certa et evidens habita per demonstrationem. Secundo: in parte divisiva demonstrat Logica, quod unum membrum divisionis nequit totum adaequare divisum, v.g. ex hoc principio: "Totum est major sua parte". Tertio, Logica etiam ostendit quod syllogismus constare debet tribus unice terminis, ex hoc principio: quae conveniunt uni tertio conveniunt quoque inter se; ergo in Logica dantur plures cognitiones certae et evidentes, habita per demonstrationem, <sup>10</sup> consequenteraue Logica est vere et proprie scientia.

### **190. Secunda Conclusio.**

Logica est scientia practica. Probatur conclusio. Scientia practica est ea quae docet aliquid agendum aut efficiendum; et Logica docet modos sciendi, rectas definitiones, divisiones <sup>15</sup> et argumentationes. Ergo Logica est scientia practica.

### **191. Conclusio 3<sup>a</sup>.**

Logica est ars liberalis. Probatur conclusio. Ars liberalis est habitum disponens intellectum, ut opus aliquod afficiat quo ingenium scholaris a distinctione artis mechanicae, <sup>20</sup> quae corpori solum exercendo invenit; sed Logica est habitus disponens intellectum, ratione scilicet et iudicium format, atque regit in sapientium studio; ergo Logica est ars liberalis.

### **Solvuntur objectiones**

<sup>25</sup> **192. Objicies 1<sup>o</sup>** contra primam conclusionem: omnis scientia versatur circa objectum necessarium; sed Logica non versatur circa objectum necessarium, ergo. Probatur minor: Logica versatur circa mentis cogitationes. Sed mentis cogitationes non sunt objectus necessarium, ergo. Probatur minor. Mentis cogitationes sunt contingens, ergo. Respondeo, <sup>30</sup> distinguo majorem; omnis scientia necessitate essentiae concedo, necessitate existentiae, nego. Et distinguo minorem, et nego consequentiam.

### **193. Duobus**

modis objectum Logicae potest esse necessarium: necessitate

[p. 77]

nempe essentiae vel etiam necessitas existentiae. Illud est necessarium necessitate existentiae quod ita existit, ut non potest non existere; qua ratione solus Deus est necessarium. Illud vero est necessarium necessitate essentiae, quod ex certis principii essentialibus sic constat, ut non <sup>5</sup> possit ex his non constare. Fatemur quidem Logicam non versari circa objectum necessarium necessitate existentiae, sed ostendimus eam versari circa objectum necessarium necessitate essentiae, nam Logica versatur circa cogitationes mentis, quae necessariae

sunt secundum essentiam, quia ex certis principiis essentia-  
<sup>10</sup>libus, sic constant ut non possit ex his non constare, v.g. syllogismus  
ex tribus terminis sic constat, ut non possit ex his non constare.  
Porro ad subjectum scientiae non requiritur necessitas existentiae, tunc enim  
de Deo sola dari potest, sed solo sufficit necessitas essentiae, ac proinde  
Logica merito scientia pronuntiatur.

<sup>15</sup> **194.** [Intabis] Sed objectum scientiae debet esse  
necessarium necessitate existentiae, ergo. Probatur majorem. Necessitas alia  
requiritur in objecto scientiae, quam in objecto artis; sed objectum  
artis est necessarium necessitate essentiae, ergo. Respondeo: nego minorem, ad  
cujus pro-  
bationem distinguo majorem. Major necessitas requiritur in objecto scientiae  
<sup>20</sup> quam in objecto artis alicujus, transeat; quam in objecto artis  
cujuslibet nego majorem, et distinguo minorem; objectum artis cujusdam  
est necessarium necessitate essentiae, concedo; objectum artis cu-  
juslibet est necessarium necessitate essentiae, nego. Duplici igitur  
generis sunt artes, aliae quorum objecta sunt necessaria necessitate  
<sup>25</sup> essentiae, hujusmodi sunt Logica, Geometria, Architectura.  
Aliae quorum objecta non sunt necessaria nec essentiae quidem ne-  
cessitate, quales sunt Grammatica et aliae, etiam fortasse artes  
serviles; nam v.g. quod verbum activum regat accusativum,  
id ad verbi activi essentiam non pertinet, sed penes humanum  
<sup>30</sup> arbitrium fuit.

**195.** Nec hinc inferas has artes quae necessitate essen-  
tiae sunt necessariae ab scientiis non discriminari; in his namque  
duae sunt partes, quorum una superior dicitur, quae est cognitio

[p. 78]

rei per certas et immutabiles efficiendi. Alia pars inferior dicitur, quae production sive executio ipsius artefacti. Porro pars illa superior artis, v.g. Logica, non discrepat ab scientia, immo re vero scientia et quandoque intelligentia; sed parte inferior, quae rei productionem spectat, ab scientia distinguitur, unde fieri potest ut qui habeat superiorem artis partem seu scientia, v.g. Theorica Architecturam sine praxi, vel econtra; igitur sunt partes aliae quae non discrepant ab scientia in ipsarum superiori partem, bene vero in inferiori.

<sup>10</sup> **196. Objicies secundo.** Non potest de syllogismo haberi scientia; ergo Logica non est scientia. Probatur antecedens: non potest haberi scientia de syllogismo, hoc est, de regulis quae praescribit Logica ut mens recte ratiocinetur, nego antecedentem; non potest dari scientia de syllogismo, scilicet, de operatione mentis discursive, omitto antecedentem <sup>15</sup> et nego consequentiam. Datur itaque scientia de regulis argumentandi; quia evidens est, eas omnes ex certis, evidentissimisque principiis deduci, et manifeste ostendi. Missum porro feci, non dari scientia de operatione mentis discursiva, nam hoc ad rem non pertinet. Non enim Logica per se agit de operationibus mentis, <sup>20</sup> sed de regulis, quibus illae diriguntur, ac proinde licet de ipsis operationibus non daretur scientia, non propterea Logica desinere esse scientia.

**197.** Praeterquamquod negare non potest non dari scientia de ipsa operatione discursive, v.g. de hoc syllogismo: “Omnis substantia sipiritualis sit immortalia, atqui animal rationale est substantia spiritualis, ergo immortalis est”. De hoc, inquam, syllogismo, possumus esse optimum recteque concludere, quod sic ostendo: syllo-

gismus optimus est, recteque concludit, qui servat regulas optimae illationis, sed hic servat regulas optimae illationis; ergo et optime<sup>30</sup> recteque concludit. Probatur minor. Nam major propositio conclusionem continet, minor palam efficit conclusionem ipsam in majori contineri; id autem totum illud est, quod ad optimus syllogismum requiritur; ergo eodem modo ratiocinari potest de quolibet alio, et quovis syllogismo

[p. 79]

in particulari potest dari scientia, ac proinde Logica sive respiciat regulas mentem dirigentes, sive ipsius mentis operationes digna est, ut scientia dicatur.

**198. Objicies 3<sup>o</sup>.** Logica est

<sup>5</sup> modus sciendi, sed modum sciendi non potest esse scientia; ergo Logica non est

scientia. Probatur minor. Modus operandi nec est ipsa operatio, nec ipsius operationis effectus; ergo modus sciendi non potest esse scientia. Respondeo: distinguo

majorem. Logica est modus sciendi, hoc est, versatur in modo sciendi, concedo majorem; est modus sciendi, id est, est medium quo scientia

<sup>10</sup> acquiritur, nego majorem, et distinguo minorem. Modus sciendi non potest esse

scientia, nempe regulae cogitandi non sunt scientia, concedo minorem; de regulis cogitandi non potest haberi scientia, nego minorem et consequentiam.

**199.** Logicam itaque dicitur modus, organum sive

instrumentum sciendi, quia regulat, exhibet, ut mens in rebus investigandis

<sup>15</sup> scientiam acquirat; id autem nequamquam prohibet, quominus scientia vere et proprie dici possit; cum hinc non sequatur, ut ex certis, evidentissimisque principiis, regulas ipsas ostende-



re nequeat, ac nihil demonstrare. Naturale itaque lumen rationis, quod naturalis Logica dicitur, illud fuit, quod faciliores<sup>20</sup> magisque ob viae Logicae artificialis regulae detectae primo et demonstratae fuerunt, ut proinde ex Logica naturali ortum duxerit artificialis, ipsaque tota ex illa prodierit. Non ergo immerito eam ex certis evidentissimisque principiis constare diximus, adeoque ere proprieque scientiam<sup>25</sup> nominari.

**200. Objicies** [4<sup>o</sup>] contra secundam conclusionem.

Non versatur Logica circa praxis, id est, circa actiones morales, sed circa affectiones; ergo Logica non est scientia [practica]. Respondeo: distinguo antecedentem. Logica non versatur circa praxis, si<sup>30</sup> praxis nomen sumatur extrinsecus, nempe, pro sola actione morali in quae spectatur intentio agentis comparatae ad honestatem, concedo antecedentem; si praxis nomen latius sumatur, nempe pro qualibet actioni, nego antecedentem et consequentiam, itaque

[p. 80]

praxis nomen sumitur quandoque pro sola actione voluntatis in qua specialiter ipsa intento agentis comparate ad honestatem moraliter; affectio vero sumitur pro operatione quadam, in qua spectatur agentis industria, equidem justa has affectiones Logica<sup>5</sup> dici nequit, sed sola Ethica. Sed tam praxis nomen vulgo pro qualibet operatione sumitur; unde Arithmetica, etc. quare nihil vetat Logicam quoque practicum appellari.

**201. Objicies** 5<sup>o</sup>. contra eandem conclusionem. Logica sit scien-

<sup>10</sup>tia practica, eo quod efficiat demonstrationes, omnes scientiae etiam speculativae erunt practicae, quia efficient demonstrationes. Respondeo: nego propositionem. Logica enim non tam est practica quod demonstrationes efficiat, quamquam modo tradat eas efficiendi; unde demonstratio est illius objectum, saltem partiale; <sup>15</sup> sed caeterae disciplinae non habent demonstrationem pro objecto, nec proinde quidquam moliuntur circa proprium objectum cum demonstrationes efficient. Quare etiam si Logica sit practica quod demonstrationes efficiat non continuo caeterae disciplinae sunt practicae.

<sup>20</sup> **202. Instabis.** Definitio, divisio et demonstratio sunt speculationes, non practicae, ergo Logica quae circa ens versatur, speculatrix est, non practica. Respondeo: distinguo antecedentem. Definitio, divisio et demonstratio sunt speculationes, si comparantur cum objectis definitis, divisis et demonstratis, concedo; <sup>25</sup> si comparentur cum praeceptis, seu regulis Logicae, quibus fiunt, nego antecedentem et consequentem. Hac autem a Logica posteriori modo spectatur, quia Logica traddit regulas et praecepta, quibus definitio, divisio et demonstratio recte fiant.

### **203. Objicies de-**

<sup>30</sup>**nique** contra ultimam conclusionem. Ars omnis versatur circa opus sensibile; sed Logica [non] versatur circa opus sensibile, ergo. Respondeo: distinguo majorem. Ars omnis servilis versatur circa opus sensibile, concedo majorem; ars liberalis versatur circa opus, etc. nego. Et concessa

[p. 81]

minori, negatur consequentia. Ars igitur servili quae nempe ad sensus aut ad viliores plebem pertinet, versatur

plurimum circa opus sensibile, ut ars sutoria; sed ars liberalis, quae nempe liberum ad nobilem virum decet, non<sup>5</sup> semper versatur circa opus sensibile. Logica autem est ars liberalis, non servilis.

**204. Dices,** Logica est scientia, ergo ars dici non potest. Respondeo: distinguo consequentiam; non potest dici ars, et scientia sub eadem, concedo; sub diversa ratione, nego. Est autem scientia quatenus aliquid<sup>10</sup> circa proprium objectum demonstrat; ars vero quatenus ejusdem objecti productionem, aut effectum dirigit.

CAPUT TERTIUM.  
IN QUO CONSISTAT OBJECTUM LOGICAE

**205.** Ante quaestionis resolutionem advertendum est primo<sup>15</sup> quod objectum scientiae est id omne quod intellectui proponitur cognoscendum in aliqua scientia: v. g. objectum medicinae est corpus sanabile, quia corporis sanitatem unice respicit objectum duplex, materiale, scilicet, et formale; objectum materiale alicujus scientiae est materia circa quam ea scientia<sup>20</sup> occupatur. Objectum vero formale, est modus quo ea scientia circa objectum suum materiale occupatur. Advertendum est secundo, quod ex utroque objecto fit objectum totum seu totale adaequatum et attributionis, cui scilicet attribuuntur ea omnia quae in ista scientia pertractantur.<sup>25</sup> His prae habitis sit

**206. Conclusio prima.**

Objectum materiale Logicae sunt quatuor mentis operationes, perceptio, scilicet, iudicio, ratiocinatio et methodus. Probat conclusio: objectum materiale Logicae est materia circa quam<sup>30</sup> versatur Logica; sed Logica versatur circa quatuor mentis operationes, ut Logica adsente. Ergo illae sunt objectum materiale

Logicae.

[p. 82]

### **207. Secunda Conclusio.**

Objectum formale Logicae exprimitur his vocabulis:

**quatenus mentis operationes ad verum sunt dirigendae.**

Probatum conclusio: objectum formale Logicae est modus, quo mentis<sup>5</sup> operationes a Logica spectantur, atqui modus iste, his vocabulis exprimitur, quatenus mentis operationes ad verum sunt dirigendae, nam sub hac tantum ratione attingitur a Logica, non vero quatenus sunt modi, aut actiones mentis, quo sensu a Metaphysica considerantur<sup>10</sup>; ergo objectum formale Logicae vocabulis supra relatis exprimitur.

### **208. Monitum.**

Logica, sicut quaelibet alia disciplina suam habet specificationem, seu distinctionem ab objecto formali. Etenim<sup>15</sup> objectum materiali potest esse multis disciplinis, sed modus quo quaelibet disciplina suum objectum materiale attingit, eam disciplinam ab omni alia distinguit; v.g. Metaphysica et Logica versantur circa mentis operationes, sed Metaphysica illas spectat prout sunt modi mentis; Logica vero eas<sup>20</sup> considerat quatenus sunt ad verum dirigendae.

### **209. Tertia Conclusio.**

Objectum totale adaequatum, et attributionis Logicae sunt eadem mentis operationes, perceptio nempe, iudicium, ratiocinatio et methodus, quatenus ad verum sunt dirigendae.

<sup>25</sup> Probatum conclusio: totale objectum alicujus disciplinae est illud

quod ex objecto materiali et formali constat, quod ei disciplinae adaequatum est, quod eam ab omni alia distinguat, et ad quod referuntur omnia, quae in illa disciplina pertractantur; atqui quatuor mentis operationes, prout<sup>30</sup> dirigendae ad verum sunt hujusmodi respectu Logicae, primo enim illius objectum materiale et formale, expriment ut cuilibet attendenti notum est. Deinde adaequatae sunt ipsi Logica ut tam late patet, quam Logica, cum nihil praeter ipsas a

[p. 83]

Logica pertracterit. Praeterea secernit Logicam de his prout ad verum sunt dirigendis, agat denique, ad illa referuntur omnia quae in Logica pertractantur, nam ideoinventa est Logica ut mentis operations ad verum dirigantur.

### **<sup>5</sup> Solvuntur argumenta**

**210. Objicies 1<sup>o</sup>.** Illud non est objectum Logicae, quod pertinet ad metaphysicam; atqui mentis operations pertinent ad metaphysicam, ergo. Respondeo: distingo minorem. Mentis operationes ad Metaphysicam pertinent quatenus sunt modi ipsius<sup>10</sup> mentis, concedo; quatenus ad verum sunt dirigendae, nego minorem, et consequentiam. Operationes igitur mentis quatenus modi vel actions ipsius mentis ad Metaphysicam pertinent, nam Metaphysica circa entia spiritualia eorumque affectiones occupatur; sed operationes<sup>15</sup> quatenus ad verum sunt dirigendae sunt ipsius Logicae objectum.

**211. Instabis 1<sup>o</sup>.** Quae non sunt, saltem, operationes

objectum Logicae, quas Logica non potest ad verum dirigere, atqui Logica non potest perceptionem ad verum dirigere, cum perceptio<sup>20</sup> non potest esse falsa; ergo saltem perceptio non est objectum Logicae.

Respondeo: nego minorem. Logica enim trahit regulas de dirigenda perceptione, nempe instituendo categorias, ad quas quaecumque animo concipi possunt, referuntur; ideoque earum subsidio ideae seu perceptiones a Logica reguntur, fiuntque clare et distincte<sup>25</sup>; et tunc non tantum verae sunt in se, sed etiam comparatae ad iudicium, quod subsequi potest. Unde cum dicitur perceptio non posse esse falsa, distingo: perceptionem non potest esse falsa praevendo occasionem falsi iudicii, nego; non potest esse falsa in se, concedo. Igitur perceptio<sup>30</sup> non potest esse falsa proprie et ratione sui, cum nihil affirmet aut neget, sed falsa esse potest ratione subsequentis iudicii, sive dare potest occasionem falso iudicio, nempe cum obscura est et confusa. Quare opus est regulis, ut recte semper fiat perceptio, non tantum ratione sui, sed etiam ratione subsequentis iudicii; has autem regulas tradit Logica.<sup>35</sup>

[p. 84]

**212. Instabis 2<sup>o</sup>.** Idea et iudicio referuntur ad ratiocinationem, aut potius demonstrationem; ergo demonstratio sola est objectum adaequatum Logicae. Respondeo: distingo antecedentem.

Referuntur ad demonstrationem per accidens, concedo; per se et natura<sup>5</sup> sua nego antecedentem et consequentiam. Duabus igitur modis potest aliquid ad aliud referri, vel per se, et natura sua, vel per accidens tandem; illud per se ad aliud refertur, quod illius gratia tantum factum, illud vero per accidens dumtaxat ad al-

terum refertur, quod ab ipso non est ex natura sua distinctum, et quod sine ipso bonum est, seu quod melius a nobis haberi quod non haberi porro.

**213.** Porro perceptio clara et distincta et rectum iudicium etiam extra demonstrationem alicujus sunt utilitatis, nec proinde ad solam demonstrationem<sup>15</sup> ex natura sua destinantur. Nam utile est, v.g. clare et distincte percipere quid sit homo, quidque triangulus, etc. etiam citra demonstrationem; idem sentiendum est de iudicio, dummodo rectum sit et justum. Ergo idea et iudicium per accidens tantum ad demonstrationem referuntur, non natura<sup>20</sup> sua. Quare nec demonstratio nec ratiocinatio generatim dici potest objectum totalem et adequatum Logicae, quia non tam late patet, quam Logica; sed est tantum illius objectum partiale, et inadaequatum, quod etiam convenit ideae et iudicio.

<sup>25</sup> **214. Objicies 3<sup>o</sup>** cum Thomistis. Logica versatur circa secundas intentionem mentis objectivae, seu circa entia rationis, ergo. Respondeo: distinguo antecedentem. Logica versatur circa secundas intentiones objectivas seu circa entia rationis in gratiam operantiarum mentis ad dirigendam<sup>30</sup> verum, concedo; propter ipsas secundas intentiones, aut entia rationis tantum, nego antecedentem et consequentiam. Logica igitur de secundis intentionibus, seu entibus rationis nonnulla praecipit, sed tantum in gratiam operationum mentis ad veritatem dirigendarum, non<sup>35</sup> propter solas secundas intentiones, seu entia rationis.

[p. 85]

Quid autem per primam quid per secundam intentionem intelligant thomistae, paucis his explicemur.

**215.** Intentio mentis hoc loco, idem est, ac applicatio mentis ad percipiendam aliquam rem, sive ipsa rei percepta, quae vel prima dicitur vel secunda. Prima intentio est primaria rei perceptio, qua res illa naturaliter ab omnibus concipitur, ut si ab aliquo pronuntietur. Haec propositio: “Deus est bonus” statim intelligent omnes ipsi Deo bonitatem attribui,<sup>10</sup> ideoque primo intentionaliter cognosci vulgo dicitur. Secunda intentio est secunda quaedam perceptio qua, quidpiam ipsi rei, inesset concipitur, quod ei tantum per mentem competi.

**216.** Utinam lato exemplo. Deus concipitur esse subjectum propositionis, vel nomen<sup>15</sup> substantivum, vel species, bonus vero concipitur esse attributum, et nomen adjectivum. Si quid igitur concipitur esse subjectum praedicatum, genus et species, etc., id secundo intentionaliter concipi dicitur in scholis. Porro conceptio ipsa mentis vocatur intentio formalis, re vero concepta<sup>20</sup> dicitur intentio objectiva quae secundo intentionaliter rebus affingitur aut inesse concipitur. Ea quoque a Thomistis ens rationis vocatur, quia in sola mente, non in rebus, existit. Aliter tamen ens rationis ab aliis sumitur, nempe pro impossibile cognito. Certum tamen est, primae et secundae intentionis<sup>25</sup> mentionem fieri propter operationum directionem, non propter solas intentiones, atque ita quatuor mentis operationes, quatenus ad verum sunt dirigendae dici debent objectum Logicae adaequatum.



**217. Objicies** cum Nominalibus: Logica agit de  
<sup>30</sup> nominibus et aliis vocibus; ergo voces sunt objectum Logicae. Respondeo:  
distinguo antecedentem. Logica agit de vocibus, quatenus sunt signa opera-  
tionum mentis, concedo. Agit de vocibus propter ipsas voces  
nego: id enim ad grammaticam pertinet. Simili modo,  
cum Logica dividitur instituere Categorias in quibus res plane  
<sup>35</sup> omnes continentur, atque ideo illius objectum esse res omnes,

[p. 86]

distingui debeant: Logica institui categorias in quibus rei  
plane omnes continentur, ut earum perceptio rite fiat, concedo;  
ut res ipsas ex professo pertractet, nego.

#### CAPUT QUARTUM.

##### <sup>5</sup>UTRUM LOGICA SIT NECESSARIA VEL UTILIS AD SCIENTIAS ACQUIRENDAS

**218.** Pro quaestione solutione advertendum est primo quod  
necessarium prout ad praesens attinet, dupliciter potest considerari:  
simpliciter nempe, seu physice, et moraliter seu secundum  
quid. Physice necessarium, seu simpliciter, est illud sine  
<sup>10</sup> quo finis nullatenus consequi potest; v.g. lux ad videndum  
est necessaria. Necessarium moraliter, seu secundum quid  
sumptum pro utili est illud sine quo finis consequi potest,  
et sit difficulter. Sic est equus ad longum iter faciendum  
necessarius.

<sup>15</sup> **219.** Advertendum est secundo, scientia posse haberi  
vel in statu perfecto, vel in statu imperfecto. In statu perfec-

to habetur scientia, quando quis certum et evidenter cognoscit conclusio scientificam, per demonstratione, habitam, itaque firmus et securus ejus assensus est, ut ab eo nulla<sup>20</sup> ratione dimoveri possit. Scientiam autem in statu imperfecto habet ille, qui non tam perfecte, sed aliqualiter dubie, seu cum aliquo errandi formidine cognoscit veritatem et conclusionem. His praehabitis.

**220. Sit prima Conclusio.**

<sup>25</sup> Logica artificialis utilis quidem est ad caeteras disciplinas in statu perfecto acquirendas, sed non est omnino necessaria. Probatur primo conclusio. Quod natura duce obtinere potest, ei Logica artificialis non est omnino necessaria; atqui caetera disciplina etiam in statu perfecto, sola natura duce, possunt obtineri, nam

[p. 87]

mens nostra naturaliter cogitat, hoc est, percipit, judicat sive definit, dividit et demonstrat. Alioquin regulas definitionis, divisionis et demonstrationis numquam tradidisse; ergo Logica tametsi utilissima sit ad caeteras disciplinas in statu perfecto<sup>5</sup> acquirendas, non est tamen omnino necessaria.

**221. Probatur secundo: caetera**

disciplinae ipsa Logica non sunt difficiliore, atqui Logica solis natura viribus comparatur, cum non detur Logica Logicae; ergo caeterae disciplinae etiam in statu perfecto, sola natura duce<sup>10</sup> comparari possunt; idque verius est, quod errores nostri ex falsis vel non satis exploratis principiis, saepius oriuntur, rare autem ex male deductis conclusionibus, ac si quando contingat natura vitio ut quis praeposteris omnino

ratiocinetur, vero vix superandum est, ut ipsi Logicae precepta aliquando proruit.

### <sup>15</sup> **Solvuntur objectiones**

**222. Objicies 1<sup>o</sup>.** Scientia in statu perfecto comparantur per bonas definitiones, divisiones et demonstrationes; atqui sine Logica artificiali nemo potest efficere bonas definitiones, divisiones, etc. Ergo. Probatur minor: Nemo potest efficere perfectas definitiones, <sup>20</sup> etc. absque ea disciplina, quae tradit quid sit, et quomodo facienda sit definitio, divisio, etc. Atqui ea disciplina est logica artificialis, ergo. Probatur major: nemo potest efficere bonas definitiones, divisiones, etc. nisi earum regulas noverit, atque non potest istas regulas nosci absque ea disciplina, quae tradit <sup>25</sup> quid sit et quomodo facienda sit definitio, divisio, etc. Ergo. Probatur minor: quisquis istas regulas novit, ille scit se scire, atqui nemo potest scire se scire, sine ea disciplina, ergo. Probatur minor: nemo potest scire se scire, nisi errores, si qui tractant in ratiocinando, possit deprehendere; atqui nemo <sup>30</sup> potest istos errores deprehendere absque ea disciplina, ergo. Ad argumentum respondeo; concessa majorem, nego minorem, ad cujus probationem nego majorem et minorem probationum subsequentium.

**223.** Quid enim fit naturaliter illud efficere potest aliquis

[p. 88]

sine logica artificiali, cum enim bonas definitiones, divisiones, etc. fiant naturaliter; nam mens nostra definitionis, divisionis, etc. regulas invenit et tradit, hic est, quod potest

aliquid sine Logica artificiali efficere bonas definitiones,  
<sup>5</sup> divisiones, etc. Vis quidem ulla naturalis definiendi et  
dividendi, etc. dici potest Logica naturalis, eaque omnibus disciplinis  
necessaria esse, sed ut quis definiat, dividat, etc. necesse non est,  
ut prius didicerit illam scientiam, quae precepta tradit definiendi,  
dividendi, etc., quaque Logica artificialis appellatur.

<sup>10</sup> **224.** Deinde potest aliquis  
efficere bonas definitiones, demonstrationes, etc. absque ea disciplina,  
quae tradit, quid sit et quomodo facienda sit definitio, divisio et demonstratio.  
Si mens nostra naturaliter modum teneat definiendi, dividendi, etc. atqui mens nostra  
<sup>15</sup> naturaliter modum tenet definiendi, etc. cum ipsas regulas  
definiendo, etc. invenerit, igitur potest aliquis efficere perfectas  
definitiones, etc. absque ea disciplina, quae tradit quid sit, et  
quomodo facienda sit definitio et divisio, etc. Praesertim cum  
mens ipsa naturaliter istas regulas nobis quamdam eas  
<sup>20</sup> tradit.

**225.** Ad id quod dicitur, nempe quod nemo potest scire se scire  
sine artificiale Logica, dico falsum esse, tunc enim aliquis  
scit se scire, cum novit se inter ratiocinandum, recte profecisse,  
nec ullum ammississe principium, nisi clare, distincte  
<sup>25</sup> cognitum, sed illud noscet absque ea disciplina, nimirum  
si suas cogitationes naturaliter disponat et attentionem adhibeat  
ad principia quibus utitur, ut solent Geometrae, qui non ab  
artificiali Logicae, sed a naturali mutantur et tamen in  
ratiocinationibus suis sunt accuratissimi. Ad ultimum, fa-  
<sup>30</sup> teor equidem eum qui Logica artificiali destitutus est care-  
re magno adjumento ad deprehendendos ratiocinationum errores  
et disciplinas in statu perfecto comparandas; sed tamen existimo  
ipsum etiam absque illo adjumento ad eas disciplinas tametsi minus  
faciles posse pervenire, et Geometrarum expe-

<sup>35</sup>rimenti nitor, qui solius naturalis Logica mathesim ad-  
piscuntur omnem auxilio.

[p. 89]

**226. Objicies secundo.** Plura loca quibus veteri philosophi immo et Sanctis  
Patris

innuerunt Logicam esse prorsum necessariam, eam esse januam  
scientiarum, qua aperta caeterae aperunt, et qua clausa  
clauduntur. Respondeo: hujusmodi testimoniis metaphysicam Lo-  
<sup>5</sup>gicae commendationem, non propria ejus natura ac ratione conti-  
neri. Cum ergo duicitur janua scientiarum, distingo. Metaphy-  
sice [metaphorice?], concedo; vere ac proprie, nego, quin et ipsi SS.PP. si  
quando

Logicam commendent, ut omnes homines ad hujus studium  
excident, non umquam in eam, velut in artem cavillatri-  
<sup>10</sup>cem invehuntur, cum tamen non illius usum prohibeant,  
sed abusum damment.

## SECTIO I

### EXERCITATIONES SCHOLASTICAE IN PRIMAM MENTIS OPERATIONEM

#### <sup>15</sup>QUAESTIO I

AN IDEA, SIVE IPSA REI PERCEPTIO POTEST ESSE FALSA

**227.** Ante quaestionis resolutionem advertendum est  
primo, cognitionem esse veram quae suo objectum conformis est, falsam  
quae cum illo minime congruit. Veritatem  
<sup>20</sup>etiam simplici perceptione convenire, non autem soli iudicio  
videtur perspicuum. Non desunt tamen qui id in dubium ver-

tant arbitantes, veritatem et falsitatem proprietates dumtaxat esse iudicii; ac proinde idea neque vera neque falsa jure dici potest. Alii vero sunt qui suam quoque veritatem<sup>25</sup> ideis tribuendam, censent ac idea eos non convenit, cum de earundem falsitate quaeritur. Quidem enim in simplicibus<sup>22</sup> ideis falsitatem denegant, sed dubitant de complexis. Quidam vero ideis tam complexis quam incomplexis falsitatem repugnare, atque adeo nulla esse ideam falsam contendunt.<sup>30</sup> Discutendum est itaque hoc loco, primo an simplici perceptioni conveniat veritas; secundo an illi competat falsitas, adeo ut quaemad-

[p. 90]

modum propositio ita perceptio vera et falsa ex aequo esse possit.

**228.** Advertendum est secundo, quod objectum ideae sive simplicis, sive complexae voco id quod ipsa idea exprimitur. Vulgaris<sup>5</sup> sententia est omnium philosophorum objectum cognitionis esse rem cognitam, utpote id quod potentiae cognoscendi objicitur et circa quod potentia, dum agit, occupantur. His suppositis, sit

**229. Conclusio prima.**

Perceptio sive simplex, sive complexa, potest esse vera. Probatur conclusio.  
<sup>5</sup> Perceptio, tam simplex quam complexa potest esse conformis suo objecto, ergo.

Probatur antecedens: nam potest res esse hujusmodi, cujusmodi nobis in idea relucet. Sic triangulus est figura illius naturae cujus apparet in sua notione, sive idea est sicut cognoscitur;

<sup>22</sup> Original *complexis*, se corrige por el sentido del contexto.

figura plana tribus tantum lineis terminata, totidem angulos<sup>10</sup> continet, id ipsum dicitur de notione complexa lignis albi, ergo consequenterque perceptio, etc. Confirmatur. Judicium potest esse conforme suo objecto, ergo etiam perceptio. Antecedens patet. Probatur consequentiam: suo objectum conforme dicitur<sup>15</sup> iudicio si hujusmodi fuerit res, cujus esse iudicatur; ergo etiam perceptio suo objectum conformis dicenda est, si res ita sit ut cognoscitur.

**230. Sit 2<sup>a</sup> Conclusio.**

Nulla perceptio, sive simplex, sive complexa, potest esse falsa. Probatur primo. Omnis idea, seu rei perceptio necessario<sup>20</sup> est conformis suo objecto; sed hoc ipso, nulla perceptio potest esse falsa; ergo. Minor constat, quia falsitas ideae in eo formaliter consistet, ut idea non conformetur perceptionibus. Major probatur; omnis perceptio necessario est rei conformis percepta, sed res percepta aut repraesentata est idea seu<sup>25</sup> perceptionis objectum, ergo. Major est evidens, quia si idea non conformaretur rei percepta, illam non exhiberet, et consequens nec mens eam perciperet. Minor probatur: objectum ideae seu perceptionis, est id circa quod mens percipiendo versatur, sed mens percipiendo versatur circa rem per<sup>30</sup> ideam repraesentatam, ergo. Confirmatur. Aut mens percipit, aut non percipit; si percipit, ergo veram habet

[p. 91]

illius ideam; si non percipit, ergo nulla ipsius idea in mente est, et proinde neque idea falsa.

**231. Probatur conclusio: nulla est perceptio**

falsa, si mens percipiendo non possit falli; atqui mens percipi-  
5<sup>5</sup>piendo non possit falli, ergo. Major est evidens; minor probatur.  
Mens percipiendo non fallitur, si nihil alicui rei tribuant  
percipiendo, quod illo tribuendo non sit, nihilque detrahat, quod ei non  
sit detrahendum; atqui mens percipiendo nihil rei percepta  
tribuit, nihilaque detrahit, ergo. Major est evidens: minor  
10<sup>10</sup> probatur. Mens percipiendo nihil de re percepta affirmat aut ne-  
gat, cum hoc pertineat ad secundam intellectum operatio-  
nem, iudicium nempe; sed solum affirmando aliquis  
aut negando de re percepta, potest mens tribuere rei percepta  
aliquid, quod illid tribuendum non sit, vel detrahere, quod ei non sit de-  
15<sup>15</sup>trahendum, ergo. Et consequenter mens nostra percipiendo  
falli non potest, nec ulla perceptio potest esse falsa.

### Solvuntur argumenta

**232. Argues 1<sup>o</sup>.** Potest contingere, ut res objecta, se-  
cus desit re ipsa percipiatur, hoc est ut ipsa non percipia-  
20<sup>20</sup>tur; sed tunc est perceptio falsa; ergo. Probatur major. Quandocumque  
objectum aurichalci aurum percipitur, ergo. Respondeo: distingo  
majorem. Potest contingere ut res objecta secus ac sit per-  
cipitur, ut ipsa non percipiatur, sed ejus loco percipiatur res  
alia omnino diversa, concedo; hoc est, ut ipsa non percipia-  
25<sup>25</sup>tur sed perperam, nego majorem, et distingo minorem. Tunc  
perceptio est falsa, videlicet none st perceptio rei objecta sen-  
sibus, concedo; est falsa illinon congrui cujus est perceptio,  
nego minorem et consequentiam.

**233.** Itaque cum objectum aurichal-  
30<sup>30</sup>ci aurum percipitur, non falso sed nullo modo auritatem  
percipitur, ut enim aurichalcum percipiatur falso, debet  
absolute percipi, quamvis non prout est in se, sed secus re  
ipsa, tunc autem percipitur aurum, et quidem vere. Alio-



quin perperam diceretur aurum percipi loco aurichal-  
<sup>35</sup>ci; ac proinde licet non percipiatur res objecta sensibus, per-  
cipitur tamen res objecta menti, quae sola est ipsius

[p. 92]

perceptionis objectum, utpote quae perceptione cognoscitur  
et sola menti percipienti observatur.

**234.** Neque arbitror fore qui  
vellit ideam auri, quae tunc in mente excitatur esse ideam  
<sup>5</sup>falsam aurichalci, quandoquidem nulla tunc idea esse idea  
vera, sed omnis dicenda videretur falsa; cum nulla nimi-  
rum sit, quae per eam minime intellectui respondeat.  
Sic est falsa idea hominis, quia licet hominem expri-  
mat, haec equo consentanea non est, quemadmodum idea  
<sup>10</sup>aurichalco auri cujus falsa idea dicitur, nequamquam  
congrui, atque ita de caeteris.

**235. Instabis.** Falsa est idea, quae  
id non exprimit quod debet exprimere; sed idea auri quae in  
mente excitatur praesente aurichalco, id non exprimit  
<sup>15</sup>quod debet exprimere; ergo idea falsa. Probatur minor. Idea de-  
bet exprimere id a quo excitatur; sed idea auri, qua  
in nobis emergit ad praesentiam aurichalci, seu quae  
in nobis excitatur praesenti aurichalco non exprimit id  
quod debet exprimere, ergo. Respondeo: permissa majorem, nego minorem  
<sup>20</sup>ad cujus probationem nego majorem.

**236.** Etsi enim ut plu-  
rimum ideae expriment id a quo excitantur, hoc tamen

non adeo verum est, ut nulla idea in nobis excitare queat, nisi ab ea ipsa re, cujus est idea. Constat enim ut alia plura<sup>25</sup> praeter eam, ex rerum sensibilibus consideratione ideam Dei in nobis excitari, neque propterea falsam hanc ideam censi deberet, licet id per eam non observetur menti, ex quo idea ipsa certo quodammodo derivatur; quia cum nulla res creata sit illius objectum, earum nulla debet exprimere, ac<sup>30</sup> proinde neque cum illis conferenda est idea ipsa, ut vera vel falsa dici jure ac merito queat. Iniquo ergo jure est, ut idea id exprimat a quo excitatur ita ut falsitatis acusetur, si secum accidat.

**237. Argues secundo.** Perceptio ligni media sui parte<sup>35</sup> in aqua fracti, sicuti etiam perceptio solis sub pedali magnitudine, sunt manifeste falsa; ergo. Probatur antecedens. Neque lignum fractum sit, neque sol pedali magnitudine donetur re vera,

[p. 93]

ergo. Respondeo negando antecedentem et minorem probationem. Quamvis etiam perceptio media sui parte in qua fracti, non sit ligno absolute sumpto consentanea, optime tamen consentanea est ligno sumpto quatenus media sui parte in aqua existit;<sup>5</sup> hac enim ratione si lignum spectetur, necesse est, ut media sui parte, veluti fractum videatur, quippe cum aqua sit medium densius aeri, luminis radii in egressu ab aqua in aere ita frangi debent, ut a perpendiculari recedeant, quo fit propterea, ut objectum quemadmodum ex *Physicis* constat, altius<sup>10</sup> apparere debeat quam sit re ipsa.

**238.** Sic S. Augustinus hac de re di-

serens: si quis, inquit, remum frangi in aqua opinatur, ut cum id auferatur integrali, non malum habet inter nuntium, sed malus est iudex; nam ille pro sua natura non potuit aliter<sup>15</sup> senti nec aliter debuit. Si enim aliud est aer, aliud est aqua, justum est, ut aliter in aere, aliter in aqua sentiatur, quamobrem minime assere dubitat idem S. Doctor sensus nostros palmaris falsitatis jure arguendos esse, si remum media sui parte in aqua fracti existente nobis plane integrum<sup>20</sup> exhiberet. Eodem modo ratiocinari potest de perceptio solis sub pedali magnitudine. Quippe enormis distantia a nobis necessario postulat ut sub majori mole a nobis nequaquam percipi possit. Hujusmodi itaque perceptiones non sunt falsitatis accusandae, quia nempe etsi proprio objecto minime congrue-<sup>25</sup>re videantur, tamen optime eidem congruunt, si ut pars est omnium circumstantiarum ratio habeatur.

**239. Argues 3°. Ju-**

dicium potest esse falsum, ergo etiam perceptio; nulla enim videtur assignari posse disparitas. Respondeo: nego consequentiam et parita-<sup>30</sup>tem, quia de eodem objectum et quidem penes eandem rationem spectatam, plura simulque opposita formari possint judicia. At vero unius rei non nisi una potest esse perceptio. Sic de homine quatenus est animal rationale potest tam affirmative, quam negative enuntiari immortalitatem, ac proinde iudicium de eodem fieri<sup>35</sup> quorum unum eidem congruat, et ideo sit verum, alterum vero consentaneum nequaquam sit, ac propterea falsum.

**240.** Contra vero, si quid in una perceptione reluceat, quod in altera desit, jam non idem utriusque objectum est, sed plane

[p. 94]

diversum, ac propterea nequit una esse vera et altera falsa; cum idem rei tanquam proprio objectum (quemadmodum requiritur, ut una vera et altera falsa dicatur). Utraque illa idea comparari minime possit, neque enim ideam, ut superiori loco<sup>5</sup> admunemur falsa dicenda est, ex eo quod diversis nequaquam congruat.

**241. Dices** in idea complexa iudicium involvitur, ergo sicuti iudicium ita idea complexa potest esse falsa. Probatur antecedens: idea complexa involvit compositionem unius cum alio, scilicet, medium cum re vel forma cum subjecto; nam<sup>10</sup> idea montis albi conjunctionem exhibet albedinis cum monte, ergo. Respondeo negando antecedentem, ad cuius probationis, antecedentem distinguo: idea complexa involvit compositionem, hoc est, rem compositam menti exhibet, concedo; antecedentem involvit compositionem scilicet, affirmationem unius de alio, nego antecedentem<sup>15</sup> et consequentiam.

**242.** Quamvis ergo in idea complexa habeatur compositio, hae tamen omnino diversa est ab ea, quae iudicium constituit. Per ideam enim complexam plura in uno percipiuntur, et non ita ut unum de alio mens affirmet, aut<sup>20</sup> neget. Contra vero compositio in qua consistit iudicium est huiusmodi ut ab affirmatione vel negatione unius de alio minime distinguatur. Profecto dum mens montem aureum concipit, de monte nihil affirmat aut negat, quod in monti notione reluceat, atque adeo quod monti<sup>25</sup> insit re ipsa, sed tantum aliquid perinde ac factum concipit, quod fieri non repugnat.

QUAESTIO II.

UTRUM MENS VALEAT CONVENIENTIA RELATIONEM PERCIPERE INTER IDEAS SIBI MUTUO REPUGNANTES?

<sup>30</sup> **243.** Ut mens nostra idearum quas habet relationes percipiat, in eas reflectens, modo in has, modo in illas alternis vicibus attentionem suam convertit, atque hic nostra mentis, actus idearum comparatio

[p. 95]

appellatur, illa media idea consentientes et dissentientes cognoscimus. Priores sunt quae eidem possunt subjecto convenire, quales sunt ideae extensionis [et] nobilitatis. Dissentientes seu sibi repugnantes sunt, quae simul eidem subjectum congruere nequeunt; tales sunt compositionis et simplicitatis ideae. Expositi ergo dubii, sensus est, an mens proprias ideas alias cum aliis comparando relationem convenientiae inter eas, quae sibi mutuo repugnant, percipere possit. Hoc supposito

**244. Sit conclusio.**

<sup>10</sup> Potest mens inter ideas sibi mutuo repugnantes convenientiae relationem percipere. Est contra Lugdunensem Philosophiae auctorem. Probaturs conclusio breviter sed satis ni (?) fallor efficaciter. Quandoque mens possibile judicare iudicium potest re ipsa impossibile; sed tunc convenientiae relationem percipere<sup>15</sup> inter idea sibi mutuo repugnantes, ergo quandoque mens potest percipere convenientiae relationem inter ideas sibi mutuo repugnantes. Major ex eo patet quod non raro contingat circa alicujus objecti possibilitatem, acriter pro utraque contradictionis partem in scholis disputare solet. Minor

<sup>20</sup> vero probatur. Perciperet tunc mens convenientiae relationem inter ideas sibi mutuo repugnantes, si perciperet ideam praedicati subjecto reipse repugnantem, eidem convenire; sed id perciperit, si judicaret, possibile objectum reipsa impossibile, ergo. Major ex ipsis terminis constat. Probatur minor. Tali <sup>25</sup> casu perciperet ideam possibilitatis, quae est idea praedicati, subjecto impossibili conveniat, sed talis idea subjecto impossibile repugnat; ergo tali casu perciperet ideam praedicati, ideam subjecti repugnantem eidem convenire.

**245.** Argues tamen, illa re-

<sup>30</sup>latio a mente percipi nequit, quae nec est, neque esse potest, atqui inter duas ideas revera sibi repugnantes, neque est, neque esse potest convenientiae relatio, ergo. Respondeo: nego majorem, quia ad hoc mens  
rem aut objectum percipiet, minime opus est ut res existat, alias nihil negationes nullomodo cognosceret, quod quam falsum est

[p. 96]

ex eo solum quod nihilum a rebus distinguuntur liquido constat.

**246. Instabis;** prius est, quam percipit; ergo, si nulla est inter ideas sibi mutuo repugnantes convenientiae, relatio haec nequit <sup>5</sup> a mente percipi. Respondeo: posse absolute negari antecedente. Claritatis tamen gratia illud distinguo. Primis esse, id est, existere, quam percipi, nego antecedentem. Prius esse, id est, dari seu adesse, quam percipi, subdistinguo. Prius est dari, seu adesse praecisse realiter quam percipi, nego antecedentem; vel realiter, vel existimative, con- <sup>10</sup>cedo antecedentem et eodem modo distinguo consequentiam.

**247.** Itaque etsi ut mens

aliquid percipiat necessarium est quod pro priore ad perceptionem sit seu aliquomodo saltem existimative adsit objectum percipiendum, alias ante perceptionem nullum esse objectum circa quod perceptiva<sup>15</sup> potentia versatur; non tamen requiritur, quod objectum illud esset aliquid reale gaudeat, sed sufficit, si illud esse existimetur habere; hinc licet non sit convenientiae relatio inter ideas sibi mutuo repugnantes, potest tamen quandoque eam inter ideas ipsas adesse existimare, quod ut ex nostra probatione satis constat,<sup>20</sup> sufficit ut relationem mentis inter ideas sibi mutuo repugnantes percipere dicatur.

QUAESTIO III.

AN VOCES PRIMO ET IMMEDIATE SIGNIFICENT RES,  
NUM VERO CONCEPTUS MENTIS?

<sup>25</sup>**248.** Cum vero solum latentes mentis naturae cogitationis rerumque notiones, quae in nobis sunt, verum etiam res ipsa quae fons existunt, verbis designari, palamque fieri de nobis solent; quaeritur hic quod nam ex ipsis duobus sit primo quod articulatae voces significant, videlicet an ista vox<sup>30</sup> “homo” primo indicet naturam humanam, deinde illius notionem quae in loquentis mente est, num vero interiorem conceptum loquentis, et postea natura ipsam audienti patefaceat eique exhibeat.

[p. 97]

**249.** Ut omnes ambiguitas quae in hac quaestione, de medio tollatur, animadvertendum est, rei nomine, id omne hoc loco intelligi quod potest percipi sive in anima sive

extra animam, illud existat. Cum enim ipsa cogitatio cognosci per aliam possit et verbis exprimi, potest illa quoque rationem rei quandoque induere, quamobrem si de mentis conceptibus immediate agatur, quaestio ita intelligenda est, ut sit sensus, an voces quibus mentis conceptus designantur, significant primo et immediate ipsos conceptus, quatenus sub loquentis cognitione, tanquam res cognoscibiles, cadunt vel cadere possunt, num vero nobis indicent primo loquentem habere illos conceptus, atque circa ipsos distincta cognitione versari, eosque cognoscere. His praemissis

**250. Sit conclusio.**

Voces primo et immediate significant res, secundo vero conceptus tantum ipsarum rerum, qui in mente loquentis sunt. Probatur conclusio: voces primo et immediate significant ad quod significandum institutas fuerunt, eique assumptae; sed voces in initio assumptae fuerint ad significandas res, non autem rerum conceptus, ergo.

**251.** Major est evidens. Probatur minor. Moyses, Genesis, c. 2, v. 19-20que narrat Dominum Deum ad Adam omnia adu-xisse animantia, ut ea videret eisque nomina imponere, his verbis: “Formatis Dominus de humo cunctis animantibus terrae, et universis volatilibus caeli, aduxet ea ad Adam ut videret, quid vocaret ea, omne enim quod vocabit Adam anima viventis ipsius eest nomen ejus. Appellavit Adam nominibus cuncta animantia et universo volatilia caeli et omnes bestias terrae”.

**252.** Probatur secundo experientia. Manifestum est audita voce rem immediate intelligi, quae ipsa voce designari vulgo solet, sed quod statim concipitur audita voce est per vocem significata ut quis experitur, ergo.



[p. 98]

Confirmatur exemplo quod ad id probandum affert Brixia. Infantes cum voces aliquam concipiunt, putant panis, non panis conceptum, qui in loquente est, sed rem quae panis dicitur unice concipiunt; ignorant enim panem ab eo percipi, qui panis vocem emittit. Constat quoque rem quae certa voce designatur objiciendam nobis esse, digitique ostendendum, ut ipsius vocis, quae nos latet, significatum addiscamus, cum res ipsa objicitur, animum in eam intendere ut ne leviter quidem ad id, quod loquens cogitat advertemus; ergo res est <sup>10</sup>quod primo vox quaevis significat.

### Solvuntur contrariorum argumenta

**253. Objicies 1<sup>o</sup>.** Aristoteles, L. I *Perihermeniarum*, c. 1<sup>o</sup>, inquit eam quae sunt in voce, earum quae sunt in anima panonum esse notas. Cui conformis est S. Augustinus L. *De* <sup>15</sup>*Magistro*, c. 1<sup>o</sup>, in quo ait qui loquitur sua voluntatis signum foras dare per articulatam vocem. His additur Tullius, qui dicet liber *Oratores*: hoc uno nos praestare vel maxime feris quod loquimur inter nos, et quod exprimere dicenda sensa possumus, ergo. Respondeo: permissio antecedentem, <sup>20</sup>distinguo consequentem. Conceptus sunt illud primo quoe voces significant cum loquimur, ut latentia mentis nostra cogitationes alii patefaciamus, concedo consequentiam. Cum loquimur, ut ea de quibus loquimur indicemus, nego consequentiam. Non inficior pasiones animae mentisque cogitationes vocibus immediate <sup>25</sup>quandoque exprimi palamque fieri possunt, scilicet quando loquimur, ut foris pateat, quod intimus patimur vel operamur, tunc enim interiores animae pasiones operationesque induant rerum natura; illud tantum in praesens negans voces

immediate conceptus mentis significare, cum non de con-  
<sup>30</sup>ceptibus mentis ipsis, sed de his circa que cogitando ver-  
samus habetur sermo.

**254.** Hinc nobis minime efficiunt quae

[p. 99]

objecta sunt Aristoteles atque Augustinus atque Tullius testimonia. Loquuntur  
de cogitationibus  
mentis, non quatenus conceptus rerum qua vocibus indicantur, sed qua-  
tenus sunt res quas patefacere immediata optamus. Docent nempe,  
nos articulatis vocibus uti, ad exprimendum amorem, tristitiam,  
<sup>5</sup>dolorem, etc. caeterasque animi passiones, cogitationes ipsas mentis  
perceptiones, scilicet, atque iudicia, vimque loquendi nobis contulisse natu-  
ra, et haec si libuerit manifestare valeremus, at minime negant  
his alias, id genus vocabulis, anima, corpus, etc. cum proferuntur res  
ipsas naturalem eorum conceptum, primo atque immediate designari et palam  
<sup>10</sup>effici.

**255.** Dices: aliquae voces immediate significant conceptus mentis,  
ergo etiam omnes. Antecedens patet. Probo consequentiam, quod uni essentielle  
est omnibus ejusdem generis convenit, ergo. Respondeo: distinguo  
antecedentem. Aliquae voces  
immediate significant conceptus mentis tamquam objectum loquentis, concedo  
<sup>15</sup>antecedentem; tanquam conceptum, nego antecedentem et consequentiam.  
Solutio patet ex  
dictis. Conceptus enim qui immediate vocibus designantur  
rerum rationem induunt.

**256. Objicies 2<sup>o</sup>.** Scriptura immediate significat voces,

ergo voces immediate significant conceptus. Probatur consequentia. Nam ut se<sup>20</sup> habet scriptura ad voces, ita se habent voces ad conceptus; quippe ut scriptura loco vocis, ita loco vocis conceptus adhibemus. Respondeo: nego antecedentem. Est enim scriptura vox permanens atque fixa ad posteribus facile commens (?). *Inventae sunt litterae* -dicit Augustinus- *ut per eas possimus*

*etiam cum absentibus colloqui.* Quamobrem sicuti vox, ita scriptura<sup>25</sup> res immediate significat. Unde Aristoteles *ea quae scribuntur signa appellat eorum, quae sunt in voce.* Porro si voces vicem conceptum apparere dicantur, sicuti gerunt re ipsa dubitare nequaquam possumus, quin voces immediate res ipsas significant. Has enim immediate ipsi etiam conceptus exprimerat. Hinc pro-<sup>30</sup>fecto non ob aliam causam Angeli vocibus non utuntur, nisi quia mutuum suorum conceptuum communicationem res sibi invicem indicant in quibus cogitando versantur.

**257. Obicies 3<sup>o</sup>.** Si voces non indicarent rerum conceptus, qui sunt in mente loquenti, non daretur mendacium;<sup>35</sup> sed datur mendacium, ergo. Probatur sequela majoris. Dicitur namque mentiri qui aliter loquitur an intus sentiat. Respondeo: distingo sequelam majorem; si voces non indicarent, nequidem consequenter conceptus mentis, concedo; si voces non indicarent primo et immediate

[p. 100]

conceptus mentis, nego sequelam et, permissa minori, nego consequentiam.

**258.** Datur itaque mendacium, non quia voces primo et immediate indicant rerum conceptus, qui sunt in mente loquentis, sed quia vocalis propositio internum iudicium loquentis consequenter designat et exprimit,<sup>5</sup> consequenter inquam, quia quod primo audita propositione in-

quirimus an res ipsa se habet, ac ipsa propositio enuntiat an proinde propositio vera sit, nunc vero falsa. Si vero dubium aliquod fit de sinceritate loquentis, etiam ad internum illius iudicium propositio ipsa refertur, investigando scilicet, hunc illi consentat an repugnet; sicut etiam vera dicitur propositio si rebus congruat, falsa si non congruat, ita loquens verax vocatur, si interno illius iudicio, mendax si non respondeat.

#### QUESTIO IV.

UTRUM VOCES ARTICULATAE SINT EX NATURA SUA SIGNIFICATIVAE?

<sup>15</sup> **259.** Ante quaestionis resolutionem sciendum est primo, ut vox, sicut diximus in summulis, esse sonum animalium ore prolatum; juxta quam discretionem duplex distinguenda est vox, articulata nempe, et inarticulata. Prior est illa quae per syllabas veluti per articulos distinguntur, ut vox <sup>20</sup> “Deus”. Posterior vero est quae per syllabas distinguere nequit, ut rugitu animalium. Sciendum est secundo, quod tanto si voces quaedam vocabula videantur imitari ut vox pueri, parvi et aliae, nihilominus articulata dicenda est, quia ad significandum quod mente concipimus instituta non <sup>25</sup> sunt. Ut ergo vox articulata dicatur non solum requiritur quod sonus per syllabas distinguat, verum etiam quod sit instituta ad significandum et exponendum id quod mente concipitur. Sciendum est tertio, quosdam credidisse voces articulatas, non ex hominum instituto, sed a natura vim significandi accepisse. Verum alio positum <sup>30</sup> statuunt tenentes voces articulatas minime ex natura sua vim significandi habere, sed tantum ex Dei, et hominum institutio significationem voces acceperunt, et consequenter voces articulatas signa idearum naturalia non esse. His suppositis, cum Patronis Secundo Sententiae sit **conclusio**:

<sup>35</sup> **260.** Voces articulae non signa naturalia sed vel Dei vel ho-

minum instituto ad significandum institutae fuerunt.

[p. 101]

Probatur primo conclusio. Signa naturalia ut fumus respectu ignis constantes est ubique gentium eadem sunt, ut ex terminis et exemplis patet; sed voce articulatae non sunt eadem ubique gentium, nec apud omnes nationes. Ergo voces articulatae non<sup>5</sup> sunt [signa naturalia]. Probatur minor: Itali vocibus aliis utuntur, aliis Galli, aliis

Germani, aliis Arabes, alii Hispani, atque demum aliis innumerae aliae nationes, adeo ut una gens alterius lingua minime intelligat, nisi peculiari, studio et exercitatione eam paucis didicerit; ergo non ubique gentium eadem vocem sunt<sup>10</sup> articulatae.

**261.** Confirmatur. Apud diversas gentes, diversis vocibus eadem res designatur, et eadem vox diversas significat; ergo vocum significatio non naturalis, sed arbitraria est. Probatur antecedens, ab exemplo: “Deus” latine, “Theos” graece, “Goth” germane,<sup>15</sup> “Deo” italice, “Adgi” Turce idem significant, ens nimirum infinitum et undequaque perfectum; vocabulum “Vogh” Deum apud polonos significat, apud anglos “voraginem” designat; ergo voces per se indiferentes sunt ad rem quamlibet designandam, consequenterque, si aliqui determinate significant, hoc provenit<sup>20</sup> ex instituto arbitrio.

**262.** Dicimus autem vocem esse articulatam, vel Dei vel hominum arbitrio institutam, quia revera fuerunt lingua non hominum sed arbitrio Dei penitus institutae, ut Lingua Adamitica, quam Deus Adamo infundit, ut fuerunt

<sup>25</sup> item illae linguae quae expresso Dei auxilio ac singulare ejus providentia subito ac veluti instantaneae multiplicata fuerunt, in confusione Turris Babelicae; prius est enim universa terra, ut scriptura nobis testantur erat labi unius, et semo eorundem.

<sup>30</sup> **263.** Has vero linguas esse opinor quas vulgi Matrices et aliarum Parentis appellant, quas quidem Deus hominibus infundit, non tantum quia ad vocabula primitiva

[p.102]

erant necessaria et praecipua, quantum vero ad nomina derivativa. Poterant deinceps homines ex arbitrio simul componere, atque ad infusarum similitudinem plura alia vocabula<sup>5</sup> condere.

**264.** Si autem loquamur de aliis linguis quae a Matricibus immediate vel mediate exactae dicuntur, primo enim ex unius aut alterius corruptione, ex institutae fuerunt.<sup>10</sup> Sic ex corruptione Latinae linguae Italica, Gallica et Hispanica ortum habuisse creditum est. Hac magna affinitate quam habet cum illa Latina etiam lingua plurima vocabula adoptavit, et forte ex<sup>15</sup> Graeca ipsa originem duxit. Atqui nostris temporibus lingua Italica plures etiam vocem ex Gallico idiomate

atque etiam Gallica ipsa lingua plures voces assumpsit ex Itálico.

<sup>20</sup> **265.** Quandoque etiam et mixtione diversarum linguarum fuit una quidem tertia, ut lingua Ciro Chaldeaica, quod num etiam factum esse observamus in regionibus finitimis universorum Natio-<sup>25</sup>num. Sic enim in Civitate Tucumanensi et Jacobensi, necnon in aliis finitimis locis in

[p. 103]

Tucumanensis Provincia, ex cognitione lingua Perusianae et Hispanicae, quaedam tertia lingua indita est, quae ab utraque lingua pluri-  
ma percipiat, Linguas Matrices quoad vocabula primitiva praecipua ac magis necessaria a Deo institutae fuere, quoad voca-<sup>5</sup>bula derivativa, ab hominum arbitrio ex primitivorum compositione. Sic etiam ex corruptione aliquae linguae aliam distincta componunt; ergo voces non sunt signa naturalia.

### **Argumenta solvuntur**

**266. Objicies 1<sup>o</sup>.** Quidquid Deus tribuit rebus, illis ex natura sua operit;  
<sup>10</sup> sed justa nos plures sunt voces sive linguae a Deo institutae, quibus Deus significationem tribuit. Ergo hanc significationem ex natura sua habent consequenturque voces sunt signa naturalia, non arbitraria. Respondeo: distinguo majorem; quidquid Deus quae tanquam  
essen-  
tiale intrinsecum et necessario concedo; tanquam extrinsecum, nego  
<sup>15</sup> majorem et eodem modo distincta minorem, nego consequentiam.

**267.** Solum enim quod res accipiunt a Deo tanquam quid intrinsecum et necessario habent ex natura sua, secus vero quod ipsis, ut quid extrinsecus tribui. Hoc inficiebantur nunquam sana mente gloriantur; alias enim <sup>20</sup> cogerebantur admittere: supposita veritate propositionis illius universalitas gloriaturque alia supernaturalia dona quae animae Deus tribui eis ex natura sua competere; quod haeresim sapit. Porro significatio quam Deus omnibus vocibus tribui in earum institutione non erat illis intrinseca, et <sup>25</sup> omnino necessaria. Potuit enim Deus aliam significationem illis pro libito suo imponere, et poterat ad eandem rem significandum plure voces diversas instituere. Profecto in confusione Babelica linguarum res eadem quae una tantum voce significabatur, pluribus plane vocibus a Deo institutis <sup>30</sup> diversis designabatur. Optime ergo stat Deum vocabula et quasdam voces tamen ut signa arbitraria, non naturalia; admodum quo Deus instituit quidem signa sensibilia sacramentorum, aquam nimirum in Baptismo, et panis vini que in Eucharistia, etc. et nihilominus sacramenta non sunt <sup>35</sup> signa naturalia gratiae quae ex natura sua gratiam significant; ita similiter in nostro casu.

**268. Instabis.** Voces Linguae

Adamiticae quibus volatilia aliaque animantia vocata sunt, erant vera et propria nomina quae illis dicebantur, juris illud

[p. 104]

Genesis, capite 2, v. 19 vigesimoque: omne quod vocabit Adam anima viventis ipsius est nomen ejus; ergo nomina quae Adam imposuit naturali pollebant, et non arbitraria significatione. Respondeo: dis-



tinguo antecedentem. Eran vera et propria nomina quae illis debebant prop-  
<sup>5</sup>ter maximam convenientiam, concedo; propter naturalem  
 significationem eorum, nego antecedentem et consequentiam.

**269.** Itaque verum est nomina

ad Adamo imposita fuisse animantibus convenienda. Licet  
 enim rerum nomina sint arbitraria, alia tamen aliis,  
<sup>10</sup> alia aliis convenientiora sunt, quatenus magis apta  
 videntur ad res quibus imponuntur, significandus. Sic enim in  
 Lingua Latina, ex solo hominum arbitrio instituta velut  
 creditur, quaedam sint voces quae magis aptae videmus  
 ad significandum, id quod significant; ut haec voca-  
<sup>15</sup>bula “rugitus” ululat, quae magis apta sunt ad signi-  
 ficandum clamorem eandem et stridiorem, quem equi  
 et lupi edere solent. Vocabula itaque Linguae  
 Adamicae, utpote a Deo instituta conveniesse oportet,  
 quae rerum naturis maxime congruere; idcirco quo  
<sup>0</sup> Moises ait *Omne quod vocabit Adam anima*  
*viventis ipsius est nomen ejus*, sensus est no-  
 mina illa imposita fuisse ab Adamo convenientis-  
 sima, non vero quod ex natura sua res significarent.

**270. Objicies 2<sup>o</sup>.** Sapientis est nomina imponere, sed quod est  
<sup>25</sup>sapientis opera et ministerium ex arbitrio non fit; ergo nomina  
 rerum non sunt ex arbitrio imposita, sed signa naturalia. Respondeo: distingo  
 majorem. Sapientia est nomina derivativa imponere, concedo; primitiva,  
 nego majorem et consequentiam.

**271.** Itaque sapientis est nomina plurima ex primi-

<sup>30</sup>tivis derivare, ejus rectus explicandis idonea sint ex quo minime  
 infertur vocabula illa imposita ex natura sua significare. Non  
 sunt enim nisi signa arbitraria, tametsi idonea et apta ad  
 una potius quam ad alias res significandas, vel explicandas. Quod sapien-

tis etiam studio imponantur, solum probat praedicta nomina te-

[p. 105]

mere, et utcumque posita non esse, sed solum quoad ea imponendam, habita sit ratio et juxta eorum similitudinem proportio, nemque primitivorum caetera deriventur. Non vero quod nomen sapientis studio impositum ex natura significatum sit,  
<sup>5</sup> falso imaginant adversarii.

**272. Objicies 3<sup>o</sup>.** Voces non solum sunt signa rerum, sed etiam signa idearum nostrarum; sed voces sunt signa naturalia idearum, ergo similiter rerum. Probatur minor. Si voces non essent signa naturalia idearum, nulla esset assignabilis  
<sup>10</sup> ratio cur quaelibet audita voce, simul excitetur in ment idea illius rei. Respondeo: nego minorem, ad cujus probationem antecedens omissi potest, negari consequentiam.

**273.** Cum multa per sensum intimum percipiuntur, quorum nullam sufficientes reddere rationem valeamus, ideo dicimus antecedens omissi potest,  
<sup>15</sup> sed ne a difficultate saltem apparenti, fuisse faciliore videamur, respondeo negando antecedentem, cum non desinet ratio sufficiens, cur ita contingat, etiam si voces non sint signa naturalia. His enim (ait clarissimus Saguierius) animae et corporis nexus ab Auctore constitutus, ut quaedam animae notiones sequuntur, certos motus cerebro impresos,  
<sup>20</sup> et e contra. Cumque idea vel semel vel sapius conjuncta fuit cum aliquo motu fibrorum cerebri, quo haec eadem decurrit idea, idem excitatur motus, et vicissim. Si vero duas ideas simul percipimus respondentes, etiam fibrorum cerebri motus excitatur simul et quoties deinde ex illis ideis producitur una in mente, nascitur

<sup>25</sup> etiam altera.

**274.** A simili modo quoties motus cerebri alicui ideae respondententes, iteratur motus quoque alter alteri ideae conveniens excitatur. Quo circa cum infanti res aliqua vel fructus ostenditur et propositio nomine exprimitur, statim et fructus et vocis ideam <sup>30</sup>infantis animum subeunt et duo motus producuntur in cerebro. His ideis respondentur ac sui veluti vestigia in eo relinquunt, ita ut unum vestigium cum altero conjunctum sit. Jam si iteratus vocibus ostendatur fructus, nomenque illius proferatur simul, continua illa ac crebra repetitione fit, ut vestigia illa cerebris <sup>35</sup>adhuc moli alterius imprimantur et fortior conjugantur; unde prilato nomine fructus non solum vocis idea sed etiam fructus notio excitatur. Horum autem ratio nulla alia est, quam mutuuum corpus inter et animam commercium, quo fit ut prilato nomine statim excitetur idea ipsi correspondens, non <sup>40</sup>quia vox sit signum naturale, significans ideam, sed quia

[p. 106]

praedictum commercium excitat fibrarum motum tali ideae respondentem.

**275. Instabis.** Ita voces sunt signa idearum sicut ideae sunt signa rerum; sed ideae sunt signa naturalia rerum, ergo voces etiam sunt <sup>5</sup>signa naturalia idearum. Respondeo: distinguo majorem. Ita voces sunt signa idearum sicut ideae sunt signa rerum, quatenus et voces signa idearum, et ideae sunt signa rerum, concedo; quatenus sunt ejusdem prorsus rationis, nego majorem.

**276.** Itaque verum est voces esse idearum

<sup>10</sup> signa quemadmodum et ideae signa rerum non tantum sunt signa ejusdem omnino rationis. Nam vocis sunt signa arbitraria idearum, ideae vero sunt signa naturalia rerum. Ideae igitur sunt rerum naturalem imagines, non secus ac naturales imagines rerum sunt quae depinguntur in speculo, sicuti enim <sup>15</sup> objecto, in regione speculi constituto, objecti similitudo naturaliter et necessario in illo repraesentatur, ita si mentis nostrae res aliqua observetur, ejus repraesentatio naturaliter et necessario in mente efficitur, quae repraesentatio idea vocatur.

**277.** Et quemadmodum

<sup>20</sup> si objectum coloratum ante speculum ponatur non ex alicujus arbitrio, sed justa naturae leges illius imago in speculo repraesentatur, ita re menti exhibita, non ex alicujus arbitrio, sed juxta leges a Deo institutas ipsius rei idea in nobis excitatur. Quod sane ex eo manifestum sit, quod voces, <sup>25</sup> quibus res vel earum ideae significantur, non sunt easdem apud omnes nationes, ut contingitur in voce “Deum” significante; rerum tamen ideae sunt apud omnes easdem, quod sufficit, ut dicamus idideas esse signa rerum naturalia, tametsi voces sint signa arbitraria rerum.

## <sup>30</sup> SECTIO II

### EXERCITATIONES SCHOLASTICAE IN SECUNDAM MENTIS OPERATIONEM TRADUNTUR.

QUAESTIO 1<sup>a</sup>.

UTRUM JUDICIUM SIT SIMPLEX MENTIS ACTUS?

**278.** Judicium ex dictis in Summulis est secunda mentis operatione <sup>35</sup> ratio, quae duas ideas vel per affirmationem cunjungit vel per negationem separat. De illo prout sic vulgo definitur, quaeritur

in praesente sitne simplex mentis actus nunc vero quidam ex pluribus ideis compositum. Hoc notato, sit **conclusio**

**279.** Judicium est simplex mentis actus, non vero quidam

[p. 107]

ex pluribus ideis compositum. Probatur: iudicium proprie dictum est assensus vel dissensus mentis ideas, per affirmationem congruentis, vel per negationem divergentis. Atqui huiusmodi assensus vel dissensus simplex est, non vero quidam ex pluribus ideis<sup>5</sup> compositum. Probatur minor. Possunt esse multae perceptiones subjectum attributi, tametsi nullum interveniat iudicium, nullus assensus vel dissensus; sic percipere possumus hanc perceptionem arenae maris sunt numero pari, et iudicium nostrum sustinere, nec assentiri nec etiam dissentiri. Ergo et per consequens<sup>10</sup> iudicium est simplex mentis actus, non vero quidam ex ideis compositum.

### **Responsiones ad objecta**

**280. Argues 1<sup>o</sup>.** Quod componitur ex pluribus ideis compositum est; sed iudicium ex pluribus ideis componitur, nimirum ex ideis<sup>15</sup> subjecti, attributi et copula, ergo. Respondeo negando minori. Actus enim mentis affirmantis vel negantis sive idea conjungentis, aut divergentis, ex ideis [non] componitur. At iudicium est actio mentis componentis vel divergentis ideas, igitur ex ideis non componitur.

<sup>20</sup>**281. Instabis 1<sup>o</sup>.** Non fit iudicium nisi ex ideis, ergo iudicium componitur ex ideis. Respondeo: distingo antecedentem; non fit iudicium nisi

ex ideis praerequisitis, ut mens eas componat, vel dividat, concedo. Ut ex iis iudicium componatur, nego antecedentem et consequentiam. **Instabis.** Unaquaeque res fit ex sua materia, sed iudicii materia<sup>25</sup> sunt ideas, ergo iudicium fit ex ideis. Respondeo: distinguo minorem. Ideae sunt

materia iudicii, id est materia circa quam iudicium versatur, concedo; materia ex quo iudicium componitur, nego et consequentiam. Idea igitur sunt materiae; sunt materiae proprie circa quam iudicium versatur, non ex qua componitur. Nam iudicium est actus mentis affirmantis vel<sup>30</sup> negantis, sed actus ille mentis simplex est, nec componitur ex ideis, tametsi circa eas coniungendas vel separandas occupentur. Ergo iudicium ex ideis non componitur.

**282. Argues 2º.** Nullum iudicium fieri potest sine subjecti et praedicati perceptione et copula; ergo iudicium non est<sup>35</sup> quid simplex. Respondeo: nego consequentiam. Quamvis enim iudicium exigat perceptionem subjecti, attributi et copulae, non tamen ex iis componitur, sed est earum compositio aut divisio, sive est affirmatio vel negatio attributi et subjecti.

**283. Instabis.** Idea quaedam

[p.108]

est compositum, ergo. Respondeo: nego consequentiam. Idea enim potest multa simul exhibere, puta rem cum modo seu affectione, unde dici potest complexa, aut si magis composita ratione objecti quod exhibet, tametsi ratione sui sit simplex. Si de idea formali, seu de mentis perceptione sit sermo, sed iudicium, est semper actus mentis asserentis vel dissentientis; ideoque semper est simplex, quamvis circa multiplex objectum occupet.

**284. Argues 3<sup>o</sup>.** Propositio

exterior est quid compositum ex terminis, ergo iudicio<sup>10</sup> constat ex ideis. Respondeo negando consequentiam. Iudicium quippe in mente expectatum assensu vel dissensu, seu affirmative vel negative continetur, quibus nihil est simplicius; sed ista affirmatio aut negatio tametsi simples, non potest nisi plurimis vocabulis exprimi; unde licet affirmatio ideas tantum<sup>15</sup> subjecti et attributi postulent, ut eas componat et dividat, non vero ut eas proprie in se concludant. Propositio non tantum includit verbum ex quo affirmatio exprimitur, aut etiam negatio, cum additur particula “non”, verum etiam subjectum et attributum complectitur ex quo fit, ut<sup>20</sup> pars utrobique non sit ratio.

QUAESTIO II.

UTRUM JUDICIUM SIT ACTUS INTELLECTUI VEL VOLUNTATIS?

**285.** Cum liberum arbitrium in voluntate positum omnes Philosophi fateant, per nimirum videri debet iudicium<sup>25</sup> quod idem est de arbitrium intellectui, non voluntate solere in Scholis tribui. Ut autem hac in parte veritati consulamus, demonstrandum nobis est iudicium ad voluntatem, non ad intellectum proprie pertinere, ipsum semper voluntarium esse, immo saepissime iudicium a<sup>30</sup> voluntate sic pendere, ut ferri possit vel non ferri ad libitum. Quare

**286. Sit Conclusio 1<sup>a</sup>.**

Judicium ad voluntatem, non ad intellectum pertinet. Probat. Actus voluntatis ad voluntatem, non ad intellectum<sup>35</sup> pertinet; atqui iudicium est actus voluntatis, est enim affirmatio veri vel negatio falsi; sive est assensus vel dissensus, quo voluntas aliquid approbat, vel

improbat, sive quo de se in partem affirmantem, vel

[p. 109]

negantem, prout ideae aut consentaneae aut dissentaneae sunt inflectit; ergo iudicium ad voluntatem, non ad intellectum proprie pertinet.

**287. Sit Conclusio 2<sup>a</sup>.**

<sup>5</sup> Quanvis perceptio nobis etiam invitis in mente nostra existetur, iudicium tamen omne semper est voluntarium. Probat: illud voluntarius dicitur quod fit cum voluntate propensione, aut etiam ex libera determinatione. Atqui omne iudicium fit semper cum voluntatis propensione et aliquando etiam libera determinatione, sive ex <sup>10</sup> electione. Ergo omne iudicium semper est voluntarius. Probat minor: vel  
connexio

aut separatio attributi de subjecti est evidens, vel ista connexio paulo est obscurior; si primo voluntariam affirmationem et negationem liberissime fertur, licet necessario. Si secundo, voluntas ex electione seu libera determinatione affirmat aut negat, <sup>15</sup> ut accidit in iudiciis temerariis. Ergo omne iudicium, etc.

**288. Sit Conclusio tertia.**

Non raro iudicium nostrum liberum est libertate electionis, quae omnem necessitatem, etiam internam, et naturalem excludit. Probat: illud liberum dicitur ab omni necessitate etiam <sup>20</sup> interna, quod ferri potest vel non ferri ad libitum; atqui iudicium saepissime ferri potest vel non ferri ad libitum, nempe cum nec clara nec necessaria est attributi cum subjecto connexio, ergo. Confirmatur: temeraria iudicia prohibentur et damnantur, sed hoc esset falsum, si non esset libera ac in nostra potestate



<sup>25</sup> sita; ergo. Probatur minor: nullum est malum nisi sit voluntarius; ergo si temeraria judicia prohibentur et dammantur tamquam mala, est quia sunt in nostra potestate posita.

### **Solvuntur argumenta**

**289. Argues 1°.** Judicium est cognitio; sed cognitio pertinet ad <sup>30</sup> intellectum, non ad voluntatem, ergo. Respondeo: nego majorem. Quod enim est posterior cognitione seu perceptione non est cognitio seu perceptio; atqui judicium posterius est perceptione, seu cognitione. Siquidem est affirmatio veri vel negatio falsi, sive est assensus aut dissensus mentis aliquid appro-  
<sup>35</sup>bantis vel improbantis, qui assensus aut dissensus praevidiam

[p. 110]

actus cognitionem requirit; ideoque si minus accurate res cognoscatur temerari est judicium, ut omnes consentiunt. Igitur judicium non est cognitio sed cognitionem sequitur. Idque omnibus ita persuasum est a natura ut nihil in sermone familiarius sit apud  
<sup>5</sup> omnes, quam non esse judicandum de rebus ignotis, priusque ad ideas attendendum, quam versatur judicium. Nequis vero detur cavillationis locus admonemus nos; hic cognitionis nomine intelligitur nudam perceptionem mentis, non vero scientia, aut alium mentis habitum, qui ex pluribus perceptionibus ac judiciis coalescat.

<sup>10</sup> **290. Argues 2°.** Intellectus solum versari dicitur circa verum, voluntas vero circa bonum tantum; atqui judicium est circa verum, ergo ad intellectum, non ad voluntate pertinet. Respondeo: distingo majorem. Intellectus solum versatur circa verum ut percipiendum, concedo; ut affirmandum vel negandum, nego.

<sup>15</sup> Simili modo distincta minori, nego consequentiam. Afirmatio igitur veri vel negatio falsi, sive conjunctio idearum similium, et divissio repugnantium est reipsa quaedam prosecutio boni quod allicit ad se voluntatem, quia in bonum sistitur. Unde fides que divinitus revelatis asserimus, quaeque non secus ad scientia perceptionem simul et <sup>20</sup> iudicium complectetur involuntate est, ut docet S. Augustinus Liber de Praedestinatione Sanctorum, m. 10, alias cap. 13.

**291. Argues 3°.** Iudicium plerumque non est liberum sed necessarium, ergo a voluntate non proficitur. Respondeo: nego consequentiam. Quamvis enim iudicium non sit liberum, <sup>25</sup> autem semper est voluntarium, quia nonnulla rei contra voluntatem nostram assentimur vel dissentimur, nisi forte ore tenus, scilicet, vel metu poenae, vel spe utilitatis, vel adulanda anima vel alia quavis injusta ratione, sed multa percipimur contra voluntatis inclinationem sive multae in nobis excitantur **30** perceptiones a quibus non esse liberos optaremus. Quare prava iudicia vicio nobis vertuntur non ite, pravarum rerum perceptionem seu ideas quae idcirco malae cogitemus, dici nequeunt his consensus, qui liber est, accesserit.

**292. Argues 4°.** Ad illam facultatem <sup>35</sup> iudicium pertinet ad quam habitus scientia, atqui habitus scientia spectat, atqui habitus scientia ad intellectum spectat; ergo et iudicium. Major videtur certa, quia habitus scientiae, sicut et alii habitus ex repetitione actuum consurgit, ac proinde ex iteratis habitum scientiae consurgit necesse videtur. Minor etiam apud <sup>40</sup> omnes inconcussa est. Scientia enim est cognitio certa et evidens, atqui omnis cognitio est actus intellectui, ergo. Respondeo: nego majorem.

[p. 111]

Utique scientia est cognitio certa et evidens rei necessariae, per causas seu rationes, per quas ea res est, vel propter quas ita esse affirmatur, aut negatur. Quibus verbis constet scientiam non esse nudam rei perceptionem, sine affirmatione aut negatione, ut <sup>5</sup> argumentum supponit, sed cognitionem certam et evidentem attamen ratione paritam et proinde cum iudicio conjunctam; seu quod idem est, multarum perceptionum iudiciorum ac ratiocinationum complexum. Quamvis enim scire secundum communem loquendi modum, et scribendi rationem apud eruditos sit <sup>10</sup> ac nosse sive notum, quid aut perspectum habere, consequentur(?) scientia idem sit ac notitia, nihilominus ipsa scientia praeter intellectus perceptionem concludit assensus voluntatis sive iudicium.

**293.** Nonne etiam tantum quidquam percipimus per scientiam, sed illud insuper tale esse affirmamus quale a nobis percipitur. Quoniam vero percipere est quid primum in scientia caeterique mentis habitus, puta intelligentia, sapientia, prudentia et ars per cogitationem seu notitiam, quae pars est primaria hujusmodi habitum, <sup>20</sup> non vero per iudicium, quod in eis pars est secundaria tanquam per genus explicarentur. Hinc isti habitus intellectualis vulgo nominantur, nam solum quia Scholae tribuere solent iudicium intellectui, sed praecipue quia cognitio quae pars est primaria illorum habituum ad intellectum pertinet. <sup>25</sup> Atque hoc sensu Tullius L. 2<sup>o</sup> De Officiis, ait prudentiam in perspicacitiam seu cognitionem veri constitutam esse, et L. IV Tusculanarum, quibus ex veterum docet mente: sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam cognitionemque, quae cujusque rei causa sit. Confirmatur: ad hanc doctrinam cum

<sup>30</sup> distinctione procedi debet in argumentatione hoc modo. Ad illam facultatem pertinet<sup>23</sup> iudicium ad quam habitus scientiae secundum utramque partem: concedo; tantum secundum partem primariam, nego maiorem, et simili modo distinguo minorem, nego consequentiam.

<sup>35</sup> QUAESTIO III.

UTRUM JUDICIUM SIT EX NATURA SUA AFFIRMANS?

**294.** Non desunt Philosophi, qui plus aequo subtilitatis amantes, qui iudicium omne affirmativum esse, proindeque nullum vere negans dari, contendunt. His si iudicia<sup>40</sup> quae communiter negativa reputantur objiciatis, ea in

[p. 112]

affirmativa facili negatio converte, reponunt. Sic negativum hoc iudicium: “Homo non est lapis”, in aliud affirmativum “Homo est distinctus a lapide” commutare posse, statuunt. Atque hac unica rationis specie paradoxum ipsorum assertum propugnare, tentant.

**295.** Quae sane si vim ac robur haberent quilibet ipsorum subtilitatis emulator, nullo iudicia affirmantia vere dari, aequo jure poste propugnari. Si namque eidem iudicium aliquod, v.c. hoc “Deus est justus”, quod affirmativum<sup>10</sup> ab omnibus habetur, opponatur illud in hoc negans: “Deus non est justitia carens”, resolve debere, reponet. Hac tamen retortione nunc in suo robore relicta.

<sup>23</sup> Original añade *scientia* semitachado.

**296. Sit nostra conclusio.**

Judicium non est ex natura sua affirmans, daturque proinde<sup>15</sup> judicium vere negans. Probatur conclusio. Datur judicium habens naturam prorsus distinctam a natura judicii affirmantis, ergo judicium non est ex natura sua affirmans, daturque judicium vere negans. Consequentia patet ex ipsis terminis. Probatur antecedens. Datur judicia quo idea attributi ab idea subjecti<sup>20</sup> removetur, sed tale judicium distinctam prorsus naturam habet a natura judicii affirmantis, ergo datur judicium distinctam naturam, prorsus habens a natura judicii affirmantis. Major constat in hoc enim judicio: “Deus non est crudelis”, idea crudelitatis, quae est idea attributi, seu praedicati<sup>25</sup> ab idea Dei quae est subjecti, removitur; ergo distinctam prorsus habet naturam a natura judicii affirmantis. Antecedens ex ipsa judicii affirmantis definitione constat et consequens legitime deductum videtur.

**297. Confirmatur.** Si cuilibet duae istae propositionis<sup>30</sup> proferantur: “Deus est justus”, “Deus non est justus”, mens non eodem modo circa utramque propositionem se geret, sed priori assentietur, posteriori vero dissentietur et quidem per actus omnino diversos; nequit enim mens eodem actu assentiri et dissentiri, sicut nec potest eodem actu velle<sup>35</sup> et nolle. Ergo datur actus mentis dissentientis, distinctus omnino ab actu mentis assentientis proindeque judicium vere negans.

[p. 113]

Objicies tamen quodlibet judicium negans potest in affirmativum verti, ut supra insinuatum est; ergo nullum est judicium vere negans. Repugnat enim actum aliquem in eius oppositum resolvi. Respondeo primo

retorquendo argumentum. Quodlibet iudicium affirmans potest<sup>5</sup> in negativum<sup>24</sup> resolvi, ut etiam supra dictum est; ergo nullum datur iudicium vere affirmativum.

**298.** Respondeo secundo: distinguo antecedentem. Quodlibet iudicium negans potest in affirmativum verti mutato subjecto et attributo, concedo; eodem subjecto et attributo manente, nego antecedentem.

<sup>10</sup> Itaque dum iudicium negans in affirmativum vertitur juxta adversariorum placitum, attributum aut subjectum mutatur. Sic in hoc exemplo: hoc iudicium “Petrus non est doctus”, quod ex contrariorum sententia ita affirmativum redditur “Petrus est indoctus”. Quis non videat in hujusmodi iudiciis, non idem,<sup>15</sup> sed distinctum esse attributum? In prima enim propositione attributum est terminus “doctus”, in secunda vero “indoctus”. Unde etsi secunda propositio quoad sensum priori aequivaleat, non tamen est eadem numero cum posteriori sit affirmativa, prior vero in rigore negativa.

<sup>20</sup> QUAESTIO IV.

AN PROPOSITIO VERA POSSIT MUTARI IN FALSAM?

**299.** Exposita iudicii natura ad propositionem sermonem nostrum convertimus, quae nihil aliud est, ut jam dicimus, quam oratio in qua unum de alio affirmatur vel negatur.

<sup>25</sup> Quid autem sit propositio vera, quidque falsa dictum est in Summulis. Hoc ergo posito, id unum modo quaerimus an propositio vera possit in falsam mutari, atque adeo etiam vicissim falsa, inveram verti. Hinc illae tantum propositiones in disputationem veniunt quae in materia continenti<sup>30</sup> versantur. Quippe quae solae ita sunt verae, ut eo ipso instanti, quo verae sunt potuerunt esse falsae. Quaeenamquam

<sup>24</sup> Original *affirmativum*; corrección según el sentido del contexto.

materiam necessariam vel impossibilem respiciunt, si verae sunt, ita sunt verae, ut falsae esse repugnet; vero si sunt falsae ut verae esse non possint. His itaque dispositis

<sup>35</sup> **300. Sit Conclusio.**

Nulla propositio vera potest in falsam verti. Nullaque falsa in vera mutari. Probatur conclusio, et quidem primo quoad

[p. 114]

propositiones de praeterito: objectum propositionis de praeterito est immutabile, ergo etiam propositio. Consequentia est evidens. Probatur antecedens.

Nulla enim potentia potest fieri ut praeteritum non praeterierit cum, quod fuit modo non est sit plane nihil, ac proinde incapax<sup>5</sup> omnino, ut potentia activa vim summa circa illud tamquam circa objectum exercent. Dicitur propterea ipsum quoque Deum hoc uno privati ingenita facere quae facta sunt.

**301.** Probatur quoad propositiones de praesenti. Omne quod est, quando est, necesse est esse eo<sup>10</sup> instante quo est, cum scilicet idem simul esse et non esse prorsus repugnet; ergo etiam propositionis de praesenti objectum est immutabili, ac proinde neque ipsa propositio potest mutari.

**302.** Probatur demum quoad propositiones de futuro:<sup>15</sup> vel eo instanti in propositione designata praedicatum se habebit ad subjectum ut ipsa propositio enuntiat, vel non. Si primum, ergo propositio omni illo tempore quod instans praecedit in propositione designatum est vera; ergo toto illo

tempore est falsa. Confirmatur. Propositio de praesenti est<sup>20</sup> immutabile, ergo etiam propositio de futuro. Probatur consequentia. Verificativum propositionis de futuro est propositio de praesenti. Haec enim propositio de futuro “Petrus erit albus” momento temporis A non est vera, nisi quia posito illo temporis momento haec est vera: “Petrus est albus”.<sup>25</sup> Ergo, si propositio de praesenti est immutabiliter vera aut falsa huiusmodi censeri debet propositio de futuro.

### Contraria diluuntur

**303. Argues 1<sup>o</sup>.** Veritas et falsitas sunt accidentia propositionis, ergo propositio vera potest mutari in falsam, et falsa in veram<sup>30</sup> verti. Probatur consequentia. De ratio accidentis est, ita inesse objecto, ut possit in eo perire, quin subjecto pereat; ergo etiam veritas, si propositionis accidens potest ita in propositione perire, ut in falsam propositio ipsa mutetur. Respondeo: distinguo antecedentem. Veritas et falsitas sunt accidentia propositionis, adeo ut eidem propositioni possit utraque competere, nego antecedentem; sunt accidentia propositionis, hoc est

[p. 115]

veritas et falsitas non sunt de essentia propositionis, concedo antecedentem.

**304.** Quamvis enim veritas et falsitas proprietatis atque etiam, si magis placeat, accidentia propositionis dicantur, et sint re<sup>5</sup> ipsa, hac tamen ita intelligendi non est, ut sit sensus, veritatem et falsitatem contingenter cuilibet propositioni convenire adeo ut quaelibet propositio vera potuerit esse fal-



sa et quaelibet falsa potuerit esse vera; id enim falsum aperte est, cum manifeste constet propositiones in materia<sup>10</sup> necessaria et impossibili indifferentes passive non esse ad veritatem et falsitatem, ita nimirum, ut quae modo vera est, potuerit esse falsa. Si autem de propositionibus in materia contingenti loquamur, fateor equidem veritatem, et falsitatem contingenter illis inesse verum non ita, ut success-<sup>15</sup> sive utramque suscipere possunt contingenter vera quae est vera, quia non nisi contingenter subjectus ita se habet, ut ipsa enuntiat propositio. At sicuti repugnat, ut quod est non sit quando est, ita repugnat ut etiam in materia contingenti propositio semel vera mutetur in falsam et vici-<sup>20</sup>ssim falsa in vera vertatur.

**305.** Dices: paries albus potest fieri niger, ergo etiam propositio vera potest in falsam mutari. Probatur consequentia. Sicuti parieti albedo ita propositioni veritas contingenter advenit. Respondeo: nego consequentiam et paritatem. Dis-<sup>25</sup>crimen est quia non manet objectum cui comparari possit propositio, ut modov era, modo falsa dicatur. Non enim illud redire potest instans temporisquo vera propositio. At vero idem manet paries quis poliari albe queat et nigredinem induit, ac proinde qui revera possit<sup>30</sup> dici mutatio. Hinc paries susceptivus contrariorum est quemadmodum mutatio exigit, minime vero propositio. Nihil quippe propositio suscipit cum vera dicitur, nihilque falsa vocatur. Unde inquit Aristoteles ex eo quod res est vel non est propositio dicitur vera aut falsa; igitur, etc.

<sup>35</sup> **306. Objicies 2º.** Judicet aliquis Petrum currere, atque in hoc iudicio unius horae in persevere. Currat autem Petrus nonnisi spatio dimidiae

[p. 116]

verae horae; certe illa propositio vera est si ad mediam unam horae partem deferatur, falsa vero si cum altera horae medietate comparetur. Ergo illa propositio modo vera, modo falsa est, ac proinde quae vera fuit potest falsa effici.

<sup>5</sup> **307.** Respondeo. Qui iudicat Petrum currere atque in hoc iudicio unius horae intervallo perseverat, vel intelligi Petrum currere per integram horam vel non nisi pars aliqua horae parte; si per integram horam cursum Petri duraturum censet, propositio absolute falsa est, si tantum per dimidiam horae partem Petrum currat, quippe res secus contingit ac ille parat. Si vero intelligit una tantum horae partem Petrus currere, vera est propositio, si pro una hora parte Petrus currat; una inquam, scilicet, vel determinata, si dumtaxat iudicaverit fore, ut intra unius horae spatium Petrum aliquando currat. <sup>15</sup> Fallitur ergo qui putat ac hypothesi propositionem veram in falsam mutari. Quippe propositio non nisi ad illud temporis spatium referenda est, atque cum illo comparanda quo Petrus curre pronuntiamus, ut ipsa propositio vera vel falsa conseatur, cum scilicet non nisi per spatium illud <sup>20</sup> temporis ad ipsius propositionis objectum jure pertineat. Profecto, si secus nulla esset propositio vera in materia contingenti, cum nulla sit in hac materia cujus objectum eodem modo semper se habeat ac in ipsa propositione enuntiatur. Falsae quoque essent omnes propositiones quas de primo <sup>25</sup> Christi adventus tradit Scriptura. Propterea nimirum quia futura non alius sint, quae futura in illis dicuntur.

**308. Objicies denique.** Indifferens potest esse propositio ad significandum hoc vel illud temporis instans; quemadmo-

dum ista: “Aliquis homo eest albus” est indifferens ad Petrum,  
<sup>30</sup>Paulum etc. Ergo transire potest de vera in falsam. Probatur con-  
sequentia: tunc potest conformis suo objecto pro uno ins-  
tanti et non conformis pro altero. Respondeo: distingo antecedentem. Potest  
propositio esse indifferens ad hoc vel illud instans temporis, an-  
tequam de illius veritate aut falsitate iudicium feratur,  
<sup>35</sup>concedo antecedentem. Cum de illius veritate aut falsitate pronuntian-  
dum est iudicium, nego antecedentem et consequentiam.

[p. 117]

**309.** Sicut enim haec propositio: “Aliquis homo est albus” ostendatur vera  
ad unum certum determinatumque individuum, illius objec-  
tum restringi debet, et cum illo comparari, ita ut haec pro-  
positio “Petrus aliquando currat” vera vel falsa censeatur tempus  
<sup>4</sup>definiendum est. Et sicut illa: “Aliquis homo est albus” non est falsa  
ex eo quod Paulus non sit albus, ita haec: “Petrus aliquando currit” falsa  
censeri nequit, ob id aliquo tempore Petrus non currat,  
sed requiritur ut nunquam currat, quemadmodum nullus  
homo debet esse albus, ut illa “Aliquis homo est albus” falle-  
<sup>10</sup>re dicatur.

#### QUAESTIO V.

UTRUM SENSUS INTIMUS INDUBITABLEM CERTI-  
TUDINEM PARIAT?

**310.** Sensus intimus est ea vis qua anima se intime cog-  
<sup>15</sup>noscit, suarumque mutationum et affectionum cons-  
cia redditur, sed est illud animae iudicium experi-  
mentale de variis, quas experitur affectionibus. Rem  
exemplo intellige. Si aliquo dolore affectus interro-

geris, unde scis te dolere, respondes “quia sentio”; ecce<sup>20</sup> tibi sensum intimum quo tui conscius tibi est doloris et quo unico motivo, asseris te dolere.

**311.** Sed hic bóxer-

vandum est sedule quod sensus intimus certos nos faciat si sensatione tantum interna, non vero de sensatione externa et ocasionale, quae residet in organis corporeis. Sic si combustionem aliquam patieris, certus est per sensum intimum te ingratam sensationem pati, quam vocas convulsionem, non vero certus es illam sansationem illam combustionem ab ipso igne<sup>30</sup> oriri, quia sine ipso igne absolute potest esse talis in te sensatio.

**312. Sit Conclusio.**

Sensus intimus parit indubitabilem de objecto suo certitudine. Conclusio haec certissima per se<sup>35</sup> et evidentissima explicatione magis quam ratiociniis

[p. 118]

indiget. Nam ex eo quod sentio me existere, immo cogitare certa mihi et indubitata est

penitus existentia cogitatio mea, ex eo quod sentiam me cogitare de triangulo indubitans scio, me de triangulo cogitare, ex eo quo sentio me dolere aut tristare sine ulla errandi formidine affirmo et assero me dolorem aut tristitiam<sup>5</sup> in me ipso experire. Adeo mihi certum et evidens illud est ut ne fingere quidem positum, nisi reclamante conscientia, me dum sentio existentiam meam non existere, dum sentio cogitationem meam non cogitare, dum sentio dolorem meum non dolere. Ergo sensus intimus parit, etc.

### Solvuntur objectiones

<sup>10</sup> **313** [Objicies 1<sup>o</sup>] Illud non parit de objecto suo certitudinem cuius objectus potest esse vel non esse; atqui objectum sensus intimus potest esse vel non esse, ergo. Probatur minor. Mea existentia, cogitatio mea,

dolor meus sunt objectus(?) sensus intimi atqui haec omnia possunt esse vel non esse; ergo.

Respondeo: concedo majorem et nego minorem, ad cuius probationem minorem distinguo. Atqui

<sup>15</sup> haec omnia possunt esse vel non esse quando sentiuntur et quando sunt objectum sensus intimi, nego. Quando non sentiuntur, concedo minorem et nego consequentiam.

**314.** Existentia mea est

aliquid quod potest absolute esse vel non esse. At dum sentio existentiam impossibile est ut hic et nunc non existam. Iudicium sensu intimo

<sup>20</sup> nixum, est in materia non absolute quidem, sed hypothetice necessaria. Existentia rerum quae possunt non existere, non potest revocari in dubium ab eo qui illam in se sentit. Iudicium in materia in se necessaria illud est cuius objectum est necessario tale, in omni suppositione seu hypothese possibili. Potest et

<sup>25</sup> debet istud iudicium ad aeternae veritatis propositionem revocari. Iudicium in materia hypothetica necessaria est

illud cuius objectum non est necessarium tale nisi consequenter ad aliquam suppositionem aut hypothesim. Talia sunt ista iudicia: “Existit sol, dum spargit lumen”;

<sup>30</sup> “Existit Caesar si Rempublicam Romanam evertit”;

“Existit talis in anima sensatio dum in anima sentitur”.

**315. Objicies 2<sup>o</sup>.** Febricitantes, somniantes, insanientes habent sensum intimum doloris ubi nullus est dolor, spectrorum, ubi nu-

<sup>35</sup>Illa sunt spectra, formidinis ubi nulla potest esse formido;  
ergo sensus intimus non dat infalibilem de objec-  
to certitudinem. Respondeo: nego antecedentem; somniantes,  
febricitantes, insanientes, in se ipsis revera  
habent aut dolorem, aut formidinem aut  
<sup>40</sup>laetitiam quam experiuntur, in mente sua ha-  
bent, revera delineatas spectrorum imagines  
quas sentiunt et pavent. In hoc delirant et insa-  
niant quod sine causa extrinseca et sine ordine  
et perturbatio organorum usu

[p. 119]

[316] in ipsis nascuntur tales impressiones quas sane non  
experiuntur. Non insanos magis quam sanos falli circa  
objectorum suum sensus intimum.

**317. Objicies 3<sup>o</sup>.** Inter insanientes existi-  
<sup>5</sup>tisse feruntur duo, naturi digni, quorum alter se  
esse mortuum, alter se esse pisces judicabat, uterque sen-  
su intimo nixos. Unde sic argumentor: ex duobus illis  
insanientibus, prior habebat intimum mortis sensum;  
ne tamen sensus ille intimus dabat illi infalibilem  
<sup>10</sup>de morte sua certitudinem, posterior sensu intimo  
edocebatur, se esse pisces, nec tamen erat piscis. Ergo sensus  
intimus non dat infalibilem de objecto suo certitudinem.

**318.** Respondeo. Admissa majorem, vel ut vera vel ut possibili quae refertur  
historia, respondeo negando priorem utriusque antecedentis partem.  
<sup>15</sup>Primo stulto non inhaerat intimus mortis suae sensus, immo  
inhaerat intimus sensus vigtae suae quam in aliqua mortuorum

regione aut natione insaniendo fingeat. Sentiebat ille se vivere, sed obstinate delusis imaginatione iudicabat un-  
llo nixus motivo, se vivere, quasi fineris involutum  
<sup>20</sup> lineis omni abstinentem cibo, cavernosis circumvolu-  
tum spectris aut umbris.

**319.** Existencia vitae: ecce unicum sensus intimi  
objectum circa quod non fabulabatur stulto posteriori inaherat intimus  
existenciae suae sensus; hanc autem existenciam delirando  
<sup>25</sup> sibi similem figurabat existenciae piscis. Existencia pro-  
pria: ecce illi sensus intimi objectum circa quod non deludebatur.  
Similitudo propriae naturae et existenciae cum tali specie  
piscium: ecce illis objectum sensui intimopenitus extrane-  
um, scilicet, objectum iudicii speculativi nullo motivo nixi,  
<sup>30</sup> in quo objectus unice cadebat, stultus error, stutaque alucinatio.

**320. Obijcies 4<sup>o</sup>.** Illud non paret certitudinem quod non paret evidentia;  
atqui sensus intimus non paret evidentiam<sup>25</sup>,  
ergo sensus intimus non paret certitudinem<sup>26</sup>. Patet minor. Num evidentia  
irradiat, tunc objectum, quam multa autem or-

[p. 120]

ta sunt per sensum intimum circa quorum natura et  
essentiam non irradiatur intellectus; ergo non docet nos sensus intimus  
quid sit dolor, quid sit gaudium, quid sit existencia nostra,  
quid sint hujusmodi quae sentimus. Respondeo primo ne-

<sup>25</sup> Original *certitudinem*.

<sup>26</sup> Original *evidentia*, término cambiado cf. nota anterior; corrección según el  
argumento (*modus tollendo tollit*)

<sup>5</sup>gando majorem universaliter sumptam: multa enim sunt certa, quae non sunt nobis inse evidētia. Certitudinem includit evidētia, at evidētia praescindit certitudo.

**321.** Respondeo secundo: concedo majorem in sensu minoris; quarum sic distinguo: sensus intimus non parit evidētia circa <sup>10</sup> rei naturam, concedo minorem; circa rei existentiam, nego minorem et consequentiam. Per sensum intimum non cognoscitur quid sit res, seu non cognoscitur rei naturam et essentiam per claram ipsius rei ideam, at per sensum intimum clare cognoscimus rem existere, unde circa rei existentiam habet intellectus omnem <sup>15</sup> evidētia possibilem. Cognoscit enim intellectus necessariam et existentialem esse connexionem inter sensum intimum suae existentiae, et existentiam suam; cogitatione in talis connexionis habent aut habere possunt sani, non habet, aut possunt non haberi insani.

<sup>20</sup>**322. Objicies 5<sup>o</sup>.** Pyrrho, Democritus, et alii nonnulli Philosophi illud ipsum, in se ipsis maxime sentiebunt suamque ipsamet existentiam revocabunt in dubium. Ergo sensus intimus non dat omnibus indubitabilem de objecto suo certitudine. Respondeo: sanis omnibus hodie persuasum <sup>25</sup> est semperque persuasum fuit. Tales Philosophos verba tenus et jocandi generalia gratia duisse locutos. Mentiebantur illi aliis, sibi ipsis non metiebunt. Unde si vultis, sic distinguite: revocabunt in dubium immerito et contra conscientiae clamorem, concedo; merito juxtaque de causa, nego antecedentem <sup>30</sup> et consequentiam.

**323. Adnotatio.**

In tota quaestio est a sensu intimo mantineritis sedulo quod jam praenotabimus, sensum intimum habere projectores (?), dumtaxat, quae in nobis intrinseco peraguntur et peragi



[p. 121]

sentiantur, quales sunt affectiones intrinsecae, quae experimus in anima nostra, non vero res, quae sunt extra nostram animam, quales sunt variae corporis nostri modificationes. Unde quidquid per sensum intimum percipimus in anima nostra, <sup>5</sup> illud in anima nostra esse. Evidenter constat sensu intimo, non prius est aliquid esse in anima quam in anima sentiri. At non quidquid est in anima nostra, illud per sensum intimum nobis manifestantur . Nam gratia santificans, aut labes peccati, v.g. sunt in anima nostra, et tamen per sensum <sup>10</sup> intimum non manifestantur nobis quia a nobis non sentiuntur.

#### QUAESTIO VI.

UTRUM CLARITAS ET DISTINCTIO IDEARUM SIT  
INFALIBILIS VERITATIS REGULAE?

**324.** Idea est objecti alicujus in mente imago spiritualis, seu est ac-  
<sup>15</sup>tus mentis rem aliquam repraesentatis; quod repraesentatur est objectum ideae, actus repraesentans est ipsamet idea. Ubi haes (hanc?) ideam, v.g. actu mentis quo tibi repraesentat triangulum est tua idea, triangulus ipse ad quem dirigitur determinata tua idea est objectus; ut exemplo res magis dilu-  
<sup>20</sup>cidetur sit speculum turrim praesentens: speculum, ecce tibi intellectum rebus repraesentandi idoneum; turris, ecce tibi ideam objecti, in intellectu quemadmodum autem ex repraesentatione turris in speculo erumpis incognitionem extra speculum. Sic ex repraesentatione rei in intellectu progredieris in cognitionem  
<sup>25</sup>rei extra illum. Idem multipliciter dividitur, pro quarum recurrere ad Logice Compendium. Dum relata ad objectum, specie tantum ideae celebris est ipsarum divisio in essentiales et accidentales.

**325.** Idea essentialis alicujus rei est quae exprimitur  
<sup>30</sup> aliquid constitutivum aut aliquid **attributum sive proprietatem, sine quo neque esse nec concipi res.** Talis est idea, qua repraesentatur homo ut ratiocinorum capax, qua reprae-

[p. 122]

sentatur Deus ut infinite sapiens. Idea accidentalis alicujus rei ea est, quae exprimit aliquid constitutivum aut aliquid attributum sive proprietatem quo **carere potest haec res sine sui destructionem.** Talis idea que repraesentatur homo ut robustus, aut ut debilis, ut divis aut ut pauper. His prae habitis

### **316. Sit Conclusio.**

De re unaquacumque affirmari debet, aut negari, quidquid evidenter videntur aut in ipsius

<sup>10</sup> idea essentialiter includit, aut ab ipsius idea essentialiter excludi.

Probatur primo conclusio. Illa propositio certa et vera est, quae est primo omnium

scientiarum principium; atqui talis est nostra conclusio, ergo certa et vera est. Probatur minor: illud primum unum scientiarum principium quo

<sup>15</sup> stante, inconcusse manet omnes demonstrationes, illo vacillante omne demonstrationes ruunt; sed stante nostra conclusio, omnes demonstrationes manent inconcussae, vacillante illa omnes demonstrationes ruunt, ergo nostra conclusio est primum omnium scientiarum principium. Probatur minor: fundatur omnes

<sup>20</sup> omnino demonstrationes tamquam in varia sua solidissima in connexione quae reperitur inter repraesentationem factam ope ideae clara et distinctae, et ipsa objecti natura; ergo

stante illo principio inconcusse manent omnes demonstrationes, illo vacillante omnes ruunt.

<sup>25</sup> **327.** Patet antecedens: nam v. g. unde nam certi sumus duo, quae sunt eadem cum uno tertio omnes eadem inter se, nisi quia in idea sentientis, duorum cum uno tertio evidenter includitur identitas duorum illorum inter se? Unde nam scimus totum esse major sua parte, <sup>30</sup> nisi quia idea totius videmus essentialiter includi excessum supra partem? Unde nam scimus impossibile esse, ut idem simul sit et non sit, nisi quia videat entis videmus excludit essentialiter non ens?

**328.** Probatur secundo. In praesupposita idearum veracitas stant <sup>35</sup> et vigent Mathematicae omnes demonstrationes.

[p. 123]

Nam id unum et id omne affirmant aut negant mathematici de rebus quod vident aut in ipsarum ideis includi, aut ab ipsarum idea secludi. Ergo supponunt mathematici dari demonstrativam connexionem inter ideas repraesentantes, et res <sup>5</sup> repraesentatas; ergo supponunt mathematici ideas esse legitimum demonstrationis medium. Esse ideas verum certitudinis principium subsumo; sed nemo sanus in dubium revocat demonstrationis mathematicae. Ergo nemo sanus in dubium revocare potest principio quod nituntur illae de- <sup>10</sup> monstraciones, quod principium nihil aliud est, quam nostra fundamentalis propositio, ergo.

**329.** Probatur tertio. Argumento ad hominem demonstrari hunc modum

potest nostra conclusio: qui dubitat de veritate istius propositionis, istius principiis, vel ait vel negat rectum certum fieri posse<sup>15</sup> ratiocinium. Si negas rectum certumque fieri ratiocinium, quo res peracta est ne res quod tecum ratiocinemur, qui tuam negas rationem tuamque ratiocinandi facultatem. Si concedis rectum certumque fieri posse ratiocinium, ergo certam judicas propositionem de qua non dubitas; ergo<sup>20</sup> supponis idearum veritatem et certitudinem quam impugnas. Demonstratur consequentia. In ratiocinio recto deserto quod fieri posse asseris, et quod a te confectum supones, unde nam vim et robor, tunc conclusionis reperis?

<sup>25</sup> **330.** Unde nam scies te legitimam deduxeris consequentiam ex eo scilicet unice quia sua videat infalibiliter hac conclusio aut consequentia includi in praemissis; ergo supponis id esse essentialiter in praemissis quia tua mens sibi repraesentat in praemissis. Ergo supponis id esse essen-<sup>30</sup>tialiter in objectum praemissarum quod mens sua videt in praemissarum objectum; ergo si concludis rectum certumque fieri posse ratiocinium hoc ipso fateris intellectum tuum non esse quasi speculum mendax quod repraesentet in aliquo objecto id quod non est in tali objecto, ergo hoc ipse fueri, ideas esse<sup>35</sup> veraces, et affirmari aut negari posse de re una

[p. 124]

quidquid evidenter videri aut ipsius idea includi aut et ipsius idea excludit.

### Solvuntur objectiones

**331. Objicies 1<sup>o</sup>.** Potest Deus producere hominem qui semper et<sup>5</sup> in omnibus erret; atqui fieri potest ut ego ille hoc sim; ergo. Probatur major. Illud non exorbitat divinae sphaerae, ergo. Respondeo: distinguo majorem: potest Deus producere hominem qui semper et in omnibus erret et qui simul sensum veritatis intimum habeat firmum, reflexum et constantem,<sup>10</sup> nego majorem; et qui in suis erroribus non habeat sensum hunc veritatis, omisso antecedentem et nego minorem et consequentiam. Omitimus hic posterioris distinctionis menorum quia sive verum sit sive falsum, nihil contra thesim nostram militat.

<sup>15</sup> **332.** Etiam si Deus possit producere hominem, qui semper et in omnibus erret, non inde sequeretur quod posset dubitare, nam erret ille cui per sensum intimum veritatis et reflexum et constantem indubitantem innotescit se non errare,<sup>20</sup> sicut ego possuim singulis instantibus vita privari, non sequitur inde quod dubitare possim an si duci privatus, cum per sensum intimum scio, nec vita fuit. Hanc dum asserimus non posse Deum facere ut semper et in omnibus errare, id asserimus, nisi in ipsa<sup>25</sup>met Dei idea ac proinde in ipsa rei evidentia.

**333.** In essentialis siquidem Dei idea evidenter includuntur, et summa sapientia et summa veracitas; sed summa sapientia et veracitas evidenter excludunt a rei natura<sup>30</sup>potentia fallendi, deficiendi partesque in posteris agendi; ergo firme et revidenti noxi motivo asserimus non posse Deum facere ut semper et in omnibus delu-

dendum fallatiis rerum apparentiis.

**334. Instabis 1<sup>o</sup>.** Potest Deus

<sup>30</sup>producere hominem qui semper claudisset, qui semper insaniet; ergo apparet qui semper erret conformat

[p. 125]

quia semper inanis semper errat, ergo. Nego consequentiam, simul et paritatem; disparitatis affero rationem claudicationis est defectus physicus, a viciato per causas naturales communi naturae ordine provenientes, et <sup>5</sup>homine a praecipuo suo finem non habentem qui finis est nosce verum et amare bonum. Insanire etiam est defectum physicum et viciato naturae ordine, et perturbata fibrarum dispositione ortus. Hinc defectum non potest Deus directe intendere, quia inde a principale fine <sup>10</sup>avertitur homo; potest tamen illud permittere quia non tenetur generali legum naturalium influxum interrumpere.

**335.** Contra, semper errare, semper falso veritatis imagine deludi adeat, fore defectus naturalis quia Deo ipso directe <sup>15</sup>intenderetur, quia Deo solo immediate dimanaret in natura humana. Repugnat autem tales effectus, tunc naturae humanae ad veritatis amorem et possessionem naturae, tunc naturae divinae, quod nece simul, et absurde supponere ineluctabilis alucinationis et perennis <sup>20</sup>imposturae immediatam esse causam. Ad confirmationem, omisso antecedentem, distingo consequentiam. Qui semper erret etiam dum intimum habet sensum veritatis firmum, re-

flexum et constantem, nego consequentiam. Secus, omitto consequentiam. Solutio ex dictis patet.

<sup>25</sup> **336. Objicies 3<sup>o</sup>.** Conclusio non potest esse certa et vera nisi veraque sint anima cognitionum principia, atqui hoc est falsum; ergo. Probatur minor: instar omnium sint tria, haec quae sunt eadem cum uno tertio, sunt eadem inter se; nil nulla est proprietas realis et positiva ex nihilo fit; impossibile est idem simul esse et non esse, atqui haec principia, qui sunt certa et vera, ergo. Probatur minor per partes: praenota fundamentalis religionis principia

[p. 126]

Pater et Filius in SS. Trinitatis Misterio indentificantur cum natura divina, seu Pater et Filius sunt duae personae distinctae, quae sunt eadem cum uno tertio, non sunt aedem inter se.

<sup>5</sup> **337.** Probatur secundo. Juxta fidei principia ex nihilo eductus [fuit] aspectabilis iste mundus, ergo falsum est principium ex nihilo nihil fit. Probatur tertio, justa experientiae principia natura humana complectitur in se materialitatem et negationem materialitatis, spiritualitatis et negatione hujus; ergo in se includit ens et non ens, ergo, falsum principium impossibile est idem simul esse et non esse. Respondeo negando minorem et minor probationis, ad probationem nego assumptum.

<sup>15</sup> **338.** Juxta fundamentalia religionis et fides principia, Pater, Filius et Spiritus Sanctus sunt tria in divinitate personae, relationes distinctae quae simul sumptae sunt tota natura divina. Hinc obscuro et humanae menti in accesso Sanctissimae Trinitatis misterio. Nam falsificatio fundamentalem nostrum principium, nam unicum unius principium objectum est ad aequales et evidens duorum cum uno tertio identitas est, qua evidenter sequitur adaequatur duorum illorum inter se identitas quod per se <sup>25</sup> certissimum et evidentissimum est in rebus omnibus intelligibilibus et quod in adorando SS. Trinitatis misterio cujus nullam ideam claram habemus, nulla efficaci ratione falsum esse demonstratum. Unde in forma omisso antecedentem, nego consequentiam. Quia in rebus propter obs-<sup>30</sup>cura et incerta debent deseri clara et certa, ut ferit philosophicum axioma.

**339.** Ad secundum principium quo ducetur ex nihilo nihil fieri, unicus sensus scilicet esse non posse nihilum principium

[p. 127]

productionis, aut principium composito nisi alicujus rei, et in hoc sensu verissimum est istud principium. Ad tertium, docet experientia ex substantia duplici materiali nempe spirituali conflari naturam humanam. Prior ens materiale <sup>5</sup> ita concludit ut ens spirituale essentialiter excludat posterior, ita ens spirituale includi, ut materiale essentialiter excludet; neutri igitur unquam potest



competere hujusdem denominationis.

**340. Objicies denique.** Princi-

<sup>10</sup>pium a nobis institutum pendet ab ista cognitione:  
Deus existit; ergo neque primus neque verum principium.  
Probatur antecedens: principium pendet ab ista cognitione, si  
ideo certum est nos non decipi cum evidentem  
cognitionem habemus, quia scimus Deum existere,  
<sup>15</sup>qui non potest permittere nos falli; sed ita est, ergo.

**341.** Respondeo: nego antecedentem et minorem probationis. Non enim veritatum notitiam comparamus ex eo quod Deum existentiam cognoscamus, sed ex eo dumtaxat, quod cognitio sit evidens atque vivissime claritate mentem fera, ita ut  
<sup>20</sup>veritate ita propositae assentiri cogamur.

**342.** Existentia

Dei solum exigitur ab hoc quod cognitio ex natura cum sit causa universalis, neque intellectui neque cognitione essent si Deus deficeret; ut posita cognitione evidenti,  
norum objectorum, sed officium hoc mentis est ut expendat [an] verae sint eorum repraesentationes, id est, sint necne realiter in objecto

[p. 149]

et sensibus apparent.

QUAESTIO IX.

AN, ET QUO SENSU HUMANA AUCTORITAS VERITATIS REGULA  
HABENDA SIT?

<sup>5</sup> **401.** Rerum sensibilibus existentiam cognoscimus per constantes et concordantes sensationes quas ad praesentiam ipsarum experimus, ut in quaestione praecedenti demonstratum fuit. At si res ille sensibiles nobis praesentes non sunt, si vel anterioribus saeculis praeterita ante nostram existentiam existerunt, vel in remota aliqua regione nostris imperviae sensibus existant, <sup>10</sup> quo ipsa rerum illarum nobis innotescit existentia? Non per sensum intimum, cum non existant in nobis; non per ideas, in ideis enim non includitur essentialiter existentia accidentalis; non per sensationes, nullam enim sensationem excitant res sensibiles, nisi sint sensibus praesentes. Superest ergo et innotescat nobis rerum illarum existentia per testimonium nobis vices gerat sensationum <sup>15</sup> ab illis rebus sensibiles excitandarum.

**402.** Rem sic peractam fuisse intellige. Facta illustra, dignosque notari eventus, majori cum attentione, sive admirando, sive horrescendo, si indignando, variis saeculis in regionibusque variis observabit ingenita humanae mentis curiositas. Ut autem tunc alieni generis, tum series suis <sup>20</sup> nepotibus aut ad exemplum aut admirationem, aut ad indignationem transmitteret, quod ipsissimis viderat oculis, quod ipsissimis auribus audierat; gens aliqua curavit illud vel authenticis historiis consignari vel metallibus, lapidibusque insculpi, vel fideli traditione conservari et propagari. Ea tibi testimonium hominum,

quo nostra videtur quasi reproduci et multiplicari existentia, quo omnibus et locis

<sup>25</sup> et temporibus quodammodo praesentes sistimur.

**403.** Hic notandum est primo quod auctoritas et alienum testimonium ad credendum inclinans, hinc auctoritate adhaesio dicitur fides. Fides alia est divina, alia humana. Fides divina est assensus divino testimonio. Fides humana, de qua sola hic agitur, est assensus nixi humano <sup>30</sup> testimonio. Notandum est secundo quod certitudo, quae fundatur humanis testimo-  
niis, dicitur certitudo moralis, tum quia ex cognitio hominum moribus resultat, tum quia ad hominum mores instituendis vitamque regentam [...]

**404.** Notandum est tertio quod auctoritas testimoniarum humanorum

[p. 150]

omnimodam certitudinem possit parere, ut per se patet, tantum enim pondus et robur potest assumere humanum testimonium a sex conditionibus modo assignandis ut ex illo enascatur certitudo moralis certitudine metaphysica aliquatenus aequalis, in eo sensu quod moralis illa certitudo tam effi-  
<sup>5</sup>caciter excludat omne dubium in ordine morali ac axioma quodlibet metaphysicum excludit omne dubio in ordine metaphysico. Tam certus sum existere Imperium Germanicum, v.g. quam certus sum totum esse sua parte majus; licet prior certitudo ordinis moralis innixa humanis testimoniis, posterior veri sit certitudo ordinis metaphysici, ipsa res ideo et essentialiter <sup>10</sup>exigentia fundata. His praebitis

**405. Sit Conclusio.**

Testimonium hominum certis munitum conditionibus est motivum cer-

tum et infallibilis quod factorum quorundam sensibilibus et illustrium nobis indefectibiliter innotescat veritas. Ut haec conclusio clare percipitur<sup>15</sup> a nobis, assignantur conditiones ex quibus hominum testimonium certitudinem assumit. 1°. **Numerus testium qui tantus esse debet ut major non possit ab homine** sano requiri ad stabiliendam veritatem; 2°. **Gravitas testium**, ne per jocos fallant, aut per levitatem fallantur; 3°. **Integritas testium in quos nulla cupiditatis aut collusionis suspicio** prudenter cadat; 4°. **Constantia testimonii**, ne sibi in narratione sua male constant testes et illinc negent, quod istis affirmant; 5°. **Contrarii testimonii, si quod sit humana levitas**, ne testimonia hinc et inde circiter aequilibria atque ita reciproce elidantur; 6°. **Posibilitas et sensibilitas in objecto testimonii**, ut nihil asseratur a testibus, aut quod evidenter in se repugnet, aut de<sup>25</sup> quo per sensum non possit facile judicari.

**406.** Probatur jam primo conclusio. Testimonium hominum certum est, et cum rei veritate infallibiliter connexus, si nec falli, nec fallere potuerint testes, atqui tale est testimonio hominum recens conditionibus munitum, ergo. Demonstratur minor quoad utramque partem.<sup>30</sup> Ac primo quidem testes oculi et auris quorum nota et gravitas falli non potuerunt circa factum liquidum valde sensibile et illustri quale foret plenus solis defectus, subita mortui hominis (?) putrescentis resurrectio, urbis alicujus aut hominis existentia; nisi auctor et arbiter naturae Deus ipsis illuserit per miraculum sua sanctitate et sapientia vel veracitate [...]<sup>35</sup> quod evidenter repugnat.

[p. 151]

**407.** Deinde testes multi graves, sibi constantes nulla mentis cupiditate in transversum acti, nulla diverso testimonio notari digno infirmati, fallere non potuerunt. Alioquin testes gravitate illi caruissent, aut integritate, et ab aliis multis



testibus veritatis amantibus fuiste ipsis contradictum; quod est contra suppositionem, ergo.

<sup>5</sup> **408.** Probatur secundo. Humanae societatis et Religionis totius fundamentum est evidenter

hominum testimonium. Unde nam enim scimus, v.g. Genti Barbarie jus antiquum et sacrum esse ad tronum gallicum? Pium Sextum legitimum esse Ecclesiae Romanae Pontificem, tale domum, aut tale praedium ad possessorem suum jure

pertinere? Unde nam certi sumus existisse Moysem et Christum divinae <sup>10</sup> revelatione ministros? Unde nam constat nobis patrata fuisse ab utroque in memoria miracula, quibus alter se a Deo missum, altero se ipsum esse, sufficienter testaretur et efficaciter demonstraret? Scilicet ex solo hominum testimonio requisitis conditionibus munito; unde sic ratiocinor.

**409.** Vitium foret in ordine

<sup>15</sup> morali maximum, cujus auctor esse ipsemet Deus, si vi veritatibus a quibus pendet Religio et societas non daretur certitudo omnis dubii rationalis ineluctabiliter

exclusivam; ergo debet dari alis certitudo. Sed talis certitudo non potest haberi nisi per testimonium hominum; ergo testimonium hominum debet in se habere vim pariendi certitudinem omnis dubii rationali ineluctabiliter exclu-

<sup>20</sup> sivam, ac proinde certitudinem certitudinis metaphysicae aliquatenus aequivalentem. Probatur antecedens. Factum aliquo praeteritum cujusvis sit generis, v.g. Carthaginis aut Babilonis ruina, Jessu Nazareni mors et resurrectio, Alexandri aut Caesaris suis temporibus existentia.

Factum praeteritum inquam nec potest rationibus metaphysicis demons-  
<sup>25</sup> trari, cum non includatur in essentialia rerum idea. Nec rationibus phys-  
sicis, cum jam non cadat sub sensus. Superest ergo ut factum illud praeteritum possit ab homini testimonio trahere certitudinem illam omnis dubii rationalis ineluctabiliter exclusiva, quam in omne morali necessariam esse intelligimus, et sine qua fixum et certum nullum  
<sup>30</sup> foret, tum societati, tum Religioni fundamentum.

### Solvuntur objectiones

**410. Objicies 1<sup>o</sup>.** Quod omnimoda certitudine certum est geometricas aut metaphysicas suscipite demonstrationes; atqui facta historica vel exemplisissimis valata testimonis, neque metaphysicas neque geometricas suscipiunt demonstrationis, ergo. Respondeo: distinguo majorem; quod omnimoda

[p. 152]

certitudine, etc. si illud quod dicitur certum sit ordinis geometrici, aut metaphysici, concedo majorem; si illud quod dicit certum, sit ordinis moralis, nego majorem et sic distincta minorem, nego consequentiam.

**411.** Multae sunt veritates ordinis geometrici, aut metaphysici, et illa suscipiunt geometricas, aut metaphysicas demonstrationes. Demonstratur scilicet, veritates, aut per ipsam rei ideam, aut per effectum cum re demonstranda, tamquam causa efficientem aut occasionali naturaliter et necessarie connexos. Multae sunt etiam [...] veritates ordinis moralis, quae nec per ideam nec per effectum demonstrari possunt, quas tamen infalibiliter cognosci posse, et demonstrari, maxime interest quoniam societatis civilis religionisque totius sunt fundamentum.

**412. Instabis.** Testimonium

hominum non parit certitudinem omnis dubii exclusivam, ergo. Probatur antecedens:

testimonium hominum est motivum minoris ponderis minorisque ad excludendum

dubium efficacitatis quam testimonium sensuum, quam auctoritas Dei, quam intrinseca rerum evidentia; atqui testimonium sensuum, auctoritas Dei [et] intrinseca rerum evidentia pariunt praecise certitudinem omnis dubii

exclusivam, ergo. Respondeo: nego antecedentem; ad probationem distinguo majorem, testimonium etc. in eo sensu quo minus vivide minusque celeriter rapiat assensum omnemque oppositi tollat formidinem, concedo majorem; in eo sensu quod non rapiat realiter assensum quod an tollat realiter omnem oppositi formidinem, nego majorem, et subdistincta data, nego consequentiam.

**413.** Itaque varia est certitudo pro varietate motivorum quibus ipsa fundatur, et parturitur. Evidentia rerum, auctoritas Dei, testimonium<sup>25</sup> sensuum, sunt motiva in se simplicia, facilia intrinseca tam omne rerum examen excludentia quibus et efficaciter et celeriter paritur plena, et summa certitudo. Testimonium hominum est motivum magis intrinsecum, plus attentioris et examinis exigens, quod difficilius quidem attentioris, sed non minus vere et edificative excluditur omne dubium pariter composita certitudo.<sup>30</sup>

**414. Objicies 2<sup>o</sup>.** Quod absolute potest esse falsum non potest demonstrare verum; sed facta historica, etiam locupletissimis testimoniis munita possint esse absolute falsa, ergo. Probatur major. Quod non est in se certum, non potest demonstrari verum, sed quod absolute potest esse falsum non est in se certum, ergo. Distinguo majorem: quod absolute etc. demonstrationibus metaphysicis ab essentiali rerum ideam repetitis, concedo majorem; demonstrationibus moralibus repetitis a motivo certo

[p. 153]

et cum rei veritate infalibiliter connexo, nego majorem et distinguo minorem.

Sed facta historica et locupletissimis testimoniis munita possunt absolute esse falsa; id est, potuissent alicui esse rerum ordo, in quo vel non existissent, vel aliter existissent illa facta, concedo minorem; id est, potuerunt<sup>5</sup> esse tot et talia testimonia de factorum illorum veritate, quin facta illa sint vera, nego minorem et consequentiam.

**415.** Ad probationem distinguo majorem. Quod non est in se certum, non potest demonstrari verum demonstratione petita ab objecti immutabiliter, concedo majorem. Non potest demonstrari verum demonstratione petita

<sup>10</sup> a motivo cujus re demonstranda infalibiliter connexo, nego majorem, sed quod absolute potest esse falsum non est in se certum certitudine objecti, concedo minorem; non est in se certitudine motivi, nego minorem et consequentiam.

**416. Objicies 3<sup>o</sup>.** Eadem esse motiva repugnat probabilitatis et motiva certitudinis, sed motiva quibus fundatur facta historica, nihil aliud esse possunt quam motiva probabilitatis; ergo<sup>15</sup> repugnat factis historicis esse certitudinis motiva. Probatur minor. Motiva quibus fundatur facta historica sunt varia hominum testimonia, quorum quodlibet non parit nisi probabilitate, quorum quodlibet collectio non parit nisi probabilitatum collectionem, quae numquam potest esse vera et proprie dicta certitudo, ergo. Respondeo, concessa majorem, nego minorem.

<sup>20</sup> **417.** Necessè igitur est in aliqua re semper differre motiva probabilitatis, a motivis certitudinis, quoniam priora defectibiliter, posteriora indefectibiliter esse supponuntur, cum objecto ad quod referuntur. Unde plura testimonia humana per suam unio-

nem possunt aliquando fieri verum certitudinis motivum, quia possibile est iis testimoniis simul unitis et vim semper crescentem, ad se univice accipientibus. Aliquod inesse satis ponderis, et satis auctoritatis, ut sint indefectibiliter connexa cum veritate facti historici, ad quod referuntur. Talia sunt testimonia quibus mihi nuntiatur existere Asiam aut

Africam, existisseque Alexandrum aut Caesarem.

<sup>30</sup> **418.** Ad probationem fatetur

motiva, quibus fundatur omnis cognitio, quam habemus de factis historicis, nihil aliud esse nisi varia hominum testimonia; fateor quodlibet testimonium separatum sumptum non esse nisi

motivum majoris, minorisve probabilitatis, sed quamlibet testimoniorum humanorum collectionem, nihil aliud esse nisi collectionum probabilitatum, illud sane nemo fatebitur.

[p. 154]

Inest enim multitudine collectionisque testimoniorum proprium certitudinis fundamentum a cognitis hominum moribus petitum, quod cuilibet testimonio separatum sumpto nullatenus inest.

**419. Instabis 1<sup>o</sup>.** Quilibet testis distributi sumptus potest men-

<sup>5</sup>tiri, ergo et omnes collectivi sumpti. Probatur consequentia: de distributivo ad collectivum valet consequentia, ergo. Respondeo: concesso antecedentem, nego consequentiam. Potest testis unus

determinate sumptus habere motiva deserendi veritatem, quae omnes collective testes sumpti non possunt simul habere; nam honestitiam diversi

sed in generis moribus cupiditatibusque, tanta in ipsis viget ad dicendam<sup>35</sup>

<sup>10</sup> ab loquendum et contradicendum propensio, et unico veritatis amoris aduxit

positis ad unanime consensum circa factum aliquod de narrando. Ad probationem distinguo antecedentem. A distributivo ad collectivum valet consequentiam ubi

<sup>35</sup> Palabra dudosa, lectura aproximada por el sentido contextual.

agitur de actu, concedo antecedentem; ubi agitur de potentia, nego antecedentem et consequentiam.

<sup>15</sup> **420. Instabis 2°.** Quilibet testis distributive sumptus non dat nisi probabilitatem de facto historico, quod refertur; ergo omnes collective sumpti non dant de eodem facto historico proprie dictam certitudinem. Probatur consequentia: probabilitas addita probabilitati non facit nisi probabilitatem, aut probabilitatum collectionem. Numerus additur <sup>20</sup> numero non facit nisi numerum collectionem, ergo pariter. Respondeo: concesso antecedentem, nego consequentiam. Ad probationem concedo antecedentem et nego suppositum: nimirum quod in data hypothesi non addatur nisi mera probabilitas probabilitati mere, additur cujus auctoritas auctoritate quae auctoritas eo tandem devenire crescendo potest, ut omne possitus dubium excludat.

<sup>25</sup> **421.** Ad tertium, concesso antecedentem nego consequentiam et paritatem, cum addis numerum cum numero nihil addis in ratione numerum, nisi numero. Non facis priorem numerum, magis in se numerum. Contra, cum addis testimonium auctoritatem addis auctoritati, facis auctoritatem priorem in se <sup>30</sup> majorem, et firmiorem, in se magis validam et efficacem ad excludendum dubia; igitur nulla stat paritas.

**422. Objicies 4°.** Generale hominum testimonium falsum est aut saltem dubium; ergo. Probatur antecedens. Ad nostra usque tempora generali hominum suffragium referebatur 1°. Terram <sup>35</sup> quiescere solemque circa terram moveri; 2°. inesse brutis animam distinctam a materia et motu; 3°. inesse corporibus proprietates sensibiles a materiae et motus combinationes distinctas; sed haec omnia aut falsa

[p. 155]

aut dubia sunt, ergo. Nego antecedentem. Nullum enim numquam stetit hominum testimonium recensitis superius conditionibus vestitum quod fuerit falsum, et quod possit esse dubium. Ad probationem distinguo majorem, et ea omnia quae objiciuntur sunt facta de quibus per sensus facile judicari<sup>5</sup> possit, nego majorem; sunt facta de quibus per sensus non potest facile judicari, concedo majorem, et omissa minorem nego consequentiam. His quae objiciuntur factis deest sextam conditio qua requisibimus.

**423. Instabis 1°.** Nulla est humani testimonio auctoritas. Probatur: locupletissima assuerint testimonia<sup>10</sup> extitisse Deos et Deas, Jovem et venerem, et tamen numquam tales stitere Dei Deae, ergo. Respondeo: nego antecedentem, ad probationem distinguo antecedentem. Et illa testimonia vestita sunt omnibus conditionibus quae ad certitudinem stabiliendam requiruntur, nego antecedentem; et illa testimonia carent requisitis et necessariis conditionibus ut certitudinem pareant, concedo antecedentem<sup>15</sup> et nego consequentiam.

**424.** Deest illis testimoniis inter alias ultima conditio a nobis requisita, scilicet, ut objectus testimonii nihil includat quod evidenter in se repugnat; quis enim non videat varia, quae referuntur talium Deorum Dearumque flagitia naturae divinae essentialiter repugnare? Ergo ruit totum illud<sup>20</sup> de ipsorum testimonium.

**425. Objicies 5°.** Saltem facta longo tempore párete-

rita non possunt ex homini testimonio certa fieri. Probatur antecedens:  
testimonia quibus  
illa facta fundatur sunt a nobis valde remota; sed testimonia a nobis val-  
de remota non dat de factis certitudinem, quod testimonium aliquod  
<sup>25</sup> ab origine sua magis recedit, tantum sit in se debilius. Ergo si  
factum aliquod a longo jam tempore praeterito olim certum fuisse,  
jam in minus testimonii pondere certum non esse. Facta ex  
ore in eos transeuntia alternare docet quotidiana experientia;  
ergo etiam si olim certa fuisse post longum tempus certa esse  
<sup>30</sup>desistunt. Respondeo: nego antecedentem.

**426.** Ad probationem nego minorem, ad quam, nego  
antecedentem. Ad quartum distinguo antecedentem: facta levia, levesque  
factorum illustrium  
circumstantiae alterantur, concedo; alterantur facta illustria, illus-  
trisque et characteristicae talium factorum circumstantiae praesertim

[p. 156]

si publicis monumentis suo tempore consignatur sint cum suis  
circumstantiis essentialibus facta haec, nego antecedentem et consequentem.  
Monu-  
menta publica varios cum illa monumentis traditio rationalis tantum auctoritatis  
habent  
quanta habent ipsi testes sibi et praesentes forent.

<sup>5</sup> **427.** Rem exemplo delu-



cidamus: fontenea (?)<sup>36</sup> pugna testes fuerunt hominum ducenda circiter millia factum illud ab historicis, Gallis, Germanis, Anglis, Batavis, Italis narratur, dum vivunt ipsi oculares testes, nemo reclamatur; historicis suffragantur illi ipsi qui pars magna fuerit certitudinis, historicam<sup>10</sup> facti illius narrationem tamquam veridica admittunt discrepantes studiis, armisque opposi-  
te nationis; ecce tibi fontenea (?) pugna monumentum, quod unquam delebit aut imminue aetas supervenientes alii succedentibus aetatibus historici seu testes, qui factum illud ex priorum testium auctoritate ad ultimam usque posteritatem deferent, nec post annos milles certa<sup>15</sup> minus erit, quam hodie, fontenea (?) historia.

**428.** Hinc inter monumenta publica

numerabis publica legalia, urbium tabularia, publicos templorum codices, publicas edificiorum et numismatum inscriptionis, legalia inter nationes pacta, legalia Imperatorum diploma<sup>20</sup>ta, publica magistratum judicia, contemporaneas historias quae nemine reclamante in omnibus manibus versabuntur, aliaque similia.

**429.** Unde humana testimonia quae authenticis et publicis sunt consignata monumentis alterationum subjici non possunt, quae posita<sup>25</sup> mutari ipsorum natura. Tali unquam essentiali alterari subjici possunt illis temporibus, quae mortem testium proxime sequuntur, tali alterationi enim ortaret, tunc publici rerum notarietas, tunc rationalis traditio, jam omnium animis incitat. Nec subjici possunt alteratione sequentibus temporibus. Talem enim<sup>30</sup> alterationem denegat ipsamet natura stationis in genere spectata, quae numquam tota simul perit, sed a se ipsa indita renascit;

<sup>36</sup> Palabra de significado incierto, tal vez quisiera significar "europea", en cuyo caso podría referirse a la Guerra de los Treinta Años, que involucró a los países mencionados.

eadem videtur quoque acceptas a patribus ideas, opiniones, persuasiones ab aeva in aevum naturali quoddam instinctum propagat, et cui maxime vigilare interest, ne quid addatur aut detr<sup>35</sup>atur publicis illis testimoniis, publicis illis monumentis, unde sua multoties pendent jura; ergo.

[p. 157]

### Adnotatio

**430.** Certitudo moralis potest esse major aut minor prout major aut minus est motivum, quo paritur illa certitudo, varios quoddam moralis certitudinis gradus hic subjicimus. 1°. Summa erit certitudo moralis et ipsi certitudine metaphysicae non impar, si fundetur illa testimonio<sup>5</sup> requisitis omnibus supra conditionibus munito. Hinc certitudini assensum nemo denegat, nisi insanus sit, aut improbus, falluntur aut fallere intendunt, qui certitudinem hac suo spoliare homine certant, et ad mera probabilitatem aut verissimilitudinis classem deducere.

<sup>10</sup>**431.** 2°. Minor est, sed tamen valde notabilis et apud viros prudentes intervistata ea certitudo, quae fundatur testimonio prium historicum assentium de re vidisse, aut a testibus ocularis et idoneis, audisse, si factum quod affirmatur sit in se valde sensibile, si historici illi sit nota probabilitas et sagacitatis sit denique<sup>15</sup> in ipsorum utilitatis non cedat id quod asseritur.

**432.** 3°. Non minus firma et indubitata est ea certitudo quae fundatur testimonio virorum doctorum et arte sua positorum, si factum aliquod ab illis uniformiter referatur, licet factum illud minus sit in se sensibile, et ingens deposcat acumen ingenii, ut<sup>20</sup> recte observatur et innoscatur. Sic physica experientia et astronomicae

observationes quae in illustribus academiis cum certitudine habent gravem, sui ipsis uniformiter attribuitur.

**433.** 4°. Tanta est unius interdium viri probi et prudentis auctoritas ut ipsa sola possit aliquando moralem<sup>25</sup> fundare certitudinem, quae omnia dubia excludat. Talis foret certitudo facti alicujus quod ipsissimis sic vidisse oculis publice profiteretur et testaretur aliquis summae auctoritatis et prima nota vir.

QUAESTIO X.

UTRUM FACTORUM SUPERNATURALIUM SEU MIRACULOSUM

VERITAS POSSIT EX HOMINUM TESTIMONIO

<sup>30</sup> CERTO CONSTARE

[p. 158]

**434.** Cum Religio Cristiana potissimum vitarum falsis naturalibus quae nobis innotescunt, nihil nonnullarum increduli ut persuadeant circa hujusmodi facta nullius momenti esse hominis relationem. Contra hos, ergo

**435. Sit conclusio.**

<sup>5</sup> Ex hominum testimonio constare potest factorum supernaturalium veritas. Probatur primo. Dantur regulae quarum ope constat factorum naturalium veritas; atqui regula illa ad facta etiam supernaturalia, sive miraculosa pertinent, ergo. Probatur minor: si quia ostendet ut regulae illae quibus constant facta

naturalia non pertinerent ad supernaturalia máxime quia facta<sup>10</sup> miraculosa posita sunt extra solitum naturae cursum, et Deum solum habent auctorem, quo ex capite a factis naturalibus differunt; sed discrepantia illa non impedit quo minus facta miraculosa sicut et alia eadem adhibere possint regulae illa, ergo. Probatur minor. Quia

illae non factorum naturae et causas sed veritatem dumtaxat<sup>15</sup> spectant, ergo.

**436.** Ad exploratam igitur factis supernaturalis quemadmodum etiam naturalis veritatis satis est, ut constet ne deceptos ne deceptores fuisse testes, atqui potest constare utrumque et quidem primum factum enim supernaturale non minus esse obvium sensibus, quam<sup>20</sup> factum naturale, nec difficilia est, v.g. cernere hominem redivivum postquam a mortuis suscitatus est, quam difficile fuit eundem conspicerem viventem antequam esset mortuus. Ssecundo, etiam compertum esse potest nimirum testes non fuisse deceptores, nempe si genuinos probitatis et sinceritatis characteres praeseferant, sui magno sit numero, si factum<sup>25</sup> nulla utilitate propria, immo contra proprium commodum testentur, ergo. Probatur secundo exemplo resurrectionis Christi. Insignis hujus miraculi fidem faciunt, 1°. Testimonium numerorum siquidem illius testes fuerunt in quam qui ingenti discipulos Christus a mortuis redivivus apparuit. 2°. Testimonium constans, cum<sup>30</sup> testes saepissime interrogati, gravissimis etiam suppliciis vexatis, ut factum illud reticerent, hoc tamen ultra praedicarunt.

**437.** 3°. Testimonium unanime, illi enim testes locorum intervallo et temporum disjuncti ejusdem facti veritatem asseruerunt. 4°. Sincerum testimonium utpote factum cum fortunae et famae et vitae periculo, et denique

[p. 159]

testimonium fuso sanguine consignatum; testes quippe ad stabilienda resurrectionis veritatem Christi acerbissima inter supplicia vitam adjecere, atque testimonium his characteribus veritatum omnem prorsus excludit erroris suspicionem. Ergo ex hominum

<sup>5</sup>testimonium constare potest, etc.

### Satisfit objectis

**438. Objicies 1°.** Factus de cujus falsitate<sup>37</sup> magis constat quam de ejus veritate nullum

meritum fidem, atqui de facti supernaturalis sive miraculosi falsitate semper magis constat quam de ejus veritate; ergo fidem numquam meretur.

Probatur minor.

<sup>10</sup> Miraculi falsitas seu miraculum non existere nobis physice, certum est, illius vero existentia solum moraliter certa; atqui major est certitudo physica quam moralis, ergo. Major constat, quia miraculi existentia naturae legibus quae nobis certe sunt physice opponitur, minor etiam certa videtur, ergo.

**439.** Respondeo: nego minorem, ad ejus

<sup>15</sup> probationem distinguo majorem quoad priorem partem. Miraculi falsitas seu miraculum non existere nobis physice factum est, suppositis argumentis, contrarium probantium, concedo majorem; positis argumentis contrarium proban-

tibus, nego majorem. De factis supernaturalis existentia sicuti et cujuscumque naturalis certo constat, modo illud a testibus fide dignis deferatur,

<sup>20</sup> adunque proinde argumenta illud suadentia posse virum civitatis hujus commendabilem, de vivis extitisse. Postque ipsius mortem nuntiatam et exequias funereamque pompam paratam, adstantibus civitatis primoribus ad vitam ab aliqua scilicet a Deo missum testantem fuisse revocatum. Quid ad hoc dactum credentium desiderare? Nihil sane, cum <sup>25</sup> isdem testes de morte ac de reductione ad vitam deponerent. Quemadmodum ergo positus nempe mors, ita et posterius scilicet resurrectio certa esset et credenda.

**440.** Itaque sive fuerunt argumenta in gratiam miraculi,

<sup>37</sup> Original *magestate*, corregido por el sentido.

tum illud non existere, sive non suspensas fuisse leges physice certi sumus;  
<sup>30</sup> at vero quando suppetunt argumenta, quae miraculum astriant, tunc com-  
perta est ipsius veritas, nullaue adversus militat certitudo physica.  
De falsitate enim miraculi non sumus certi nisi ex hypothesi, quod consueta  
natum leges observantur. Ubi ergo semel naturae legibus derogatum cons-

[p. 160]

titerit tum physica de miraculi falsitate certitudo prorsus evanescit, atqui  
ex hominum testimonio assensi, Deum ejusmodo naturae legibus derogasset  
constare potest,  
quia in primis haec derogatio Deo libere legibus naturales statuenti libera  
et possibilis est.

<sup>5</sup> **441.** Respondeo secundo, negando minorem: certitudo physica fundatur in  
solitas  
naturae legibus. Si v.g. physice certum est, corpus pari volumine aquae  
gravius fundum perere, certitudo moralis nituntur consuetis hominum moribus  
quibus reguntur mentes. His non minus immutabiles sunt ordinis moralis quam  
ordinis physice legis, quia sicut repugnat cras solem non oriri, ita repug-  
<sup>10</sup>nat juxta leges ordinis moralis homines tempore, loco, moribus, studiis ac  
praeju-  
diciis distinctos, nulla utilitatis spe allectos ac sint naturalis veri-  
tatis amore, simul conspirare ad persuadendum factum incertum vel falsum.

**442. Instabis.** Saltem mens constituta inter certitudinem physicam ex  
una parte dictantem non existere miraculum ex alia certitudine mo-  
<sup>15</sup>rale suadente miraculum adfuisse, deberet suspensa manere; ergo non deberet  
ex hominum testimonio miraculi existentiae assentire. Respondeo negando  
suppositum  
antecedentis, quia scilicet detur talium certiozem conflictus, nulla enim

certitudo physica datur dum certitudo moralis ut in eo casu addest, seu melius non existent de miraculi nulla data certitudo et existentia facti, v.g. <sup>20</sup> resurrectionis mortui, qua Deo adversariis fatentibus et possibilis et citra miraculum fieri nequit.

**443. Obicies 2<sup>o</sup>** cum quidam Deista. Si quis vir probus mihi renuntiet mortuum, esse aliquam id libenter credant; si vero idem mihi referat mortuum illum fuisse vitae redditum, id numquam crediderit, immo etiam si illud tota testetur Lutetia, fidem animo deprecarem; magis enim possibile est totam Lutetia de ipsi aut vere decipere, quam suscitatum esse mortuum; ergo circa factum supernaturale quale suscitatio mortui, nullus est momenti testimonium quodlibet humanum.

**444. Respondeo negando antecedentem:**

<sup>30</sup> duo enim involvit, nempe et totam Lutetiam et voluisse decipere utrumque absurdum est, et quidem primum non magis impossibile mortuum ad vitam revocari, quod innumeros testes circa factum sensibus obvium decipuit, et scepticorum in praeceptis physice, id est, naturae legibus repugnat mortui redere.

[p. 161]

At vero nonne pariter legibus naturae contrarium est, si persuadere orbem frequentissimam hominem se videre, quem non videt, hominem audire quem non audit, hominem se manibus contrectare, quem non contrectat?

**445. Nunquid fieri id**

<sup>5</sup> potest quin derogetur naturae legibus circa sensuum relationem a Deo institutis?

Praeterea fateor scepticus, quem referimus, potuisse totam Lutetiam de morte illius hominis certam fieri, iste ergo isdem exploratam habere potest

novam ejusdem vitam, ac proinde unius resurrectione. Secundum etiam absurdum est, nempe fieri posset id decipere voluerit tota Lutetia. Rem<sup>10</sup> ita demonstrat elegantissimis Dissertatio seu operis cui titulum *La insuficiencia de la Religión natural*, cujus verba in Hispanum versum habet ita, scilicet

**446.** Los testigos no tienen ni las mismas pasiones ni los mismos intereses; ellos no se conocen y aún la mayor parte no se han visto<sup>15</sup> jamás; así no podría haber entre ellos alguna colusión. La conspiración de una tan grande ciudad como París, formada sin razón, sin interés, sin motivo entre sí gentes que no se conocen, es más difícil de creer que la resurrección de un muerto.

**447.** Un prodigio es necesario para lo uno como para lo otro,<sup>20</sup> con esta diferencia, que el uno sería mucho más grande que el otro. Que Dios resucite un muerto para manifestar su bondad, o para esclarecer alguna grande verdad, yo lo reconozco un poder infinito. Pero que Dios trastorne el orden de la sociedad, que suspenda la acción de las causas naturales, que obligue a los hombres para una impresión milagrosa a doblar todas<sup>25</sup> las reglas de su conducta ordinaria, y esto para engañar a un simple particular, yo reconozco a verdad su poder infinito pero no veo la sabiduría que le dirigen sus operaciones: es pues más posible que un muerto resucite, que el que todo París se engañe sobre este prodigio.

[SECTIO III]

<sup>30</sup>EXERCITATIONES SCHOLASTICAE IN TERTIAM MENTIS OPERATIONE

QUAESTIO I.

UTRUM APUD NOBIS VERA EXISTAT SCIENTIA

**448.** Solemne erat Socrati philosophorum sapientissimo modeste fatere se nihil scire; vel hoc unum scire, quod nihil sciret. Hinc



[p. 162]

interrogantis et omnia nescientis partes agens, ambitiosas nimis, nimisque in se confidentes, atque supervenientem quorundam philosophorum in varia pedetensim absurda, destruebant subtilis et calidum malignoque sale mordax perspicabat. Ex schola Socratis produere subissa tem-  
<sup>5</sup>porum sceptici, qui quod jocosae et tironice a Socrate dicitabatur serio, ipsi asserere auri sunt, scilicet, se nihil sciri, inter quod stitit celeberrimus Pyrrho, a qua Pyrrhonicis, a qua Pyrrhonicis nuncupati sunt.

**449.** Profitebantur illi se nullius

rei, ne suae quidem existentiae esse certos, nullum enim esset veritatis  
<sup>10</sup>signum infalibile, nihilque in rebus omnibus apprehendi nisi meras et dubias rerum apparientias. Verum omnibus sane mente praeditis semper et ubique persuasum est, universale illud dubium nihil aliud fuisse priori Pyrrhonicis nisi impudens aliquod mendacium, quae id ore negarent quod indubitanter in mente sentirent.

<sup>15</sup>**450.** A Pyrrhonicis aliquantulum dif-

ferebant Academicis. Prioribus instar damnatis erat quod nihil certum sit in rebus, quod omnia sunt in se dubia; posterioribus mox erat omnia cum dubio proponere, non affirmando tamen quod nulla penitus insit rebus certitudo, quod ea omnia in se incerta sint et dubia, quae ab ipsis in utraque  
<sup>20</sup>partem quem dubitantur disceptabantur.

**451.** Pyrrhonis affiens sunt nonnulli aetatis nostrae

sceptici, qui ut fidei atque religionis totius sacra evertant fundamenta, omne labefactare certitudine aggressi sunt nullamque (si prima forte principio accipias) habere posit cognitionem certam, impudenter simul  
<sup>25</sup>et inepte arserunt; contra hominum genus hoc movitur quaestio praesens. Sed ut clarius evadat

**452.** Notandum est duplicem esse scientia, late sumpta nempe, et stricte sumpta. Prima est cognitio certa et evidens quae habetur sola inspectio terminorum propositionis in se et per se evidentes, qualis est propositio “totum<sup>30</sup> est major sua parte”, vel cognitio certa et evidens quae habetur sensu aliquo

[p. 163]

experimentali: sit exemplum, ex eo quod sentio me cogitare scio me existere. Scientia stricte est cognitio certa, et evidens deducta ex principio aliquo in se evidenti. Sic ista propositio “schola haec sive aula est minor coenobio” est scientia stricte sumpta; deducitur ex isto principio evidente in se<sup>5</sup> “totum est major sua parte”. His praebitis

**453. Sit conclusio 1<sup>a</sup>.**

Dantur principia certa et evidentia, dantur conclusiones certas et evidentes ab illis principiis dúchate, seu datur scientia tunc late tunc stricta sumpta. Probatur primo conclusio: scientia late sumpta est cognitio evidens quae<sup>10</sup> habens ex sola inspectione terminorum quibus constat propositio, atqui datur talis cognitio, ergo. Probatur antecedens: principia ista (impossibile est idem simul esse et non esse, totum est major sua parte, quae sunt eadem cum uno tertio sunt eadem inter se, et similia) pratractis (?) terminis evidenter unicuique innotescunt ex sola terminorum inspectione, ut sensu experimentali res uni-<sup>15</sup>cuique facile patebit simul, et constavit.

**452.** Probatur secundo: argumento ut inquirunt ad hominem argumento, scilicet quo ex adversarii sententia contra ipsum adversarium includitur, in hunc modum: qui (quod?) afirmas non dari scientia scis non dari scientiam;

ergo datur scientia. Dum enim negas dari scientia, vel aliqua ratione niteri vel nulla:

<sup>20</sup> si nulla ratione niteris, cur sic ulla ratione vis datur vere mentem humanam a sua

possessione? In ea enim possessione sumus et certum affirmemus quod perpendis omnibus certum videtur; si qua niteris ratione, affirmas quatenus illam sit.

Haec

inquis, quod forte rerum apparentis deludimur, et quod res alio modo sunt, alio modo videntur. His fieri posse ut in omnibus prorsus humanae mentis

<sup>25</sup> illudatur. Dubito, deponis, et sufficit mihi dubium, ut omnis omnino negetur scientia. Al enim scies saltem te dubitare: scies praeterea in dubiis partem

neutram esse certa, et intrepide affirmandum; ergo quocumque te veritas, si ratione

frueris, et uteris tua fatere necesse est aliqua inesse tibi scientia.

**455.** Probatur secunda conclusionis pars: ut detur scientia stricte sumpta

<sup>30</sup> sufficit dari principia per se evidentia in quibus certe quaedam veritates continentur, et dari certam methodum inferendi, ex principio in se evidenti veritatem in se contemptam; atque utramque datur, ergo. Constat major ex ipsa scientia

definitione. Constat pars prior minoris ex praecedente demonstratione; ubi dari seu existere principia per se evidentia sufficienter attendimus.

[p. 164]

Probatur secunda pars minoris: qua asseritur dari certam methodum ex prima principia in se evidenter veritatem in se contentam. Evidens est, quemlibet naturaliter inferret ex hoc principio “totum est major sua parte”, hanc veritatem in se contentam: “hoc coenobium est major hac aula”. Evidens etiam quod <sup>5</sup> est dari artificialem inferendi modum, ut unicuique patebit et constabit, tunc in Logica, tunc in Mathesi, ubi ex principiis certis et evidentibus certe et

evidente fuere intelligentur simul et sentientur quamplurimae conclusiones. Ergo  
omnis  
certitudinis certum est dari scientia stricte sumpta et per consequens.

**456. Sit secunda conclusio.**

<sup>10</sup> Quamvis probaverimus contra scepticos dari scientia tunc late, tunc stricte sumpta, nihilominus plura et fere infinita sunt quae certo cognosci non possunt. Probatur conclusio. Ordinaria sciendi praesidia quibus a natura sumus  
ins-  
tructi sunt sensus et ratione; sed sensus solum haerent in externo rerum cortice, ne intimas rerum essentias penetrant; ratione vero in ipsa  
<sup>15</sup> rerum caligine est involuta, ne ejus limitatione ad omnia se extendere permitti. Igitur attentis mediis quibus a natura instructis sumus nihil circa rerum essentias, immo et circa res ipsas certo scire possumus.

**457. Hac ratione essentiae metaphysicae**

rerum sunt nobis incomprehensibiles, et de ipsis naturalibus principiis quibus  
<sup>20</sup> ipsae res constant rationem dare non valemus. Hinc plures virtutes rerum efficitas ignoramus. Hinc potest tot Philosophorum labores plurium rerum ipsa scientia adhuc desideratur. Hinc quorundam effectum causae ita sunt nos conditae ut vix sperare liceas, eas aliquando esse deducta; id apud Philosophos quod certissimum est, apud alios est omnino incertum, ut in Philo-  
<sup>25</sup>phiae discursu observamus. Atque ex his deducitur periculosam esse consuetudinem omnibus sine discrimine assentiendi: non enim aliud ferre debemus judicium de re mature (?) diversa, quam rationem momentos respondeat. Igitur scepticismus, si sobrie et moderate sumatur quemadmodum a praeclarissimis criticis adhibetur non est erubescendus Philosopho, ergo.

**<sup>30</sup> Solvuntur argumenta**

**458. Objicies 1<sup>o</sup>.** Non datur cognitio certa et evidens, ergo nec scientia. Probatur  
antecedens. Nemo  
certo est quod res ipsi cognita sit in se qualis ab intellectu esse judicatur;

sed hoc requiritur ut detur cognitio certa et evidens: ergo. Probatur major. Si quis postea habere talem certitudinem, máxime in rebus evidentibus; sed in

[p. 165]

rebus evidentibus non habetur talis certitudo, ergo. Probatur minor: in rebus etiam evidentibus dubitare quisque an res non sit alio in ideis nostris, alio in se modo; an intellectus noster non sit quasi speculum mendax, quando repraesentet objecta aliter ac sunt in se. Atqui cum tali dubio stare certitudo nullatenus potest; quis enim certius erit rem esse qualis ab intellectu iudicatur, si dubitat num fallatur aut fallat intellectus rem repraesentando? Ergo. Respondeo: nego antecedentem ad cujus probationem nego majorem et minorem probationis.

**459.** Miseram sane conditionem adversariorum, qui ut vesanam suam opinionem tueantur<sup>10</sup> per fas, et nefas ex coguntur proferre, quae aspernetur et rideat quaecumque muliercula, etiamsi sophismatum irretita ambagibus respondere nesciat, nempe fieri posse ut duo addita duobus non sint quatuor, ut totum non sit majus sua parte; licet nemine veniat in mentem de his dubitare! Nos ergo, natura duce, dicamus illa esse certa, quae re mature perpensa certa<sup>15</sup> iudicantur, impossibile esse, ut videantur omnibus vera quae sunt in se falsa, illa enim evidenter vera dicenda sunt, et certa, quae si quis negaret prima principia et res quae omnibus apparent evidentissimae, stultus penitus et insanus haberetur. Ergo prima principia et res, quae omnibus apparent evidentissimae, evidenter dicenda sunt certa et vera; ergo, intellectus humanus nec<sup>20</sup> est nec esse potest speculum semper mendax, ergo ut verum habendum est quidquid evidenter verum esse intelligitur.

**460. Instabis 1°.** Veritas rerum non pendet

ab ideis nostris; ergo eo quod res talimodo repraesentatur in intellectu [non] sequitur illas in se tali modo esse. Respondeo: distinguo antecedentem. Veritas rerum non

<sup>25</sup> pendet ab ideis nostris ut sit, et in se, concedo antecedentem; ut cognoscatur et quoad nos, nego [antecedentem] et consequentiam. Non ideo objecta sunt tali modo quo

sic in idea nostra repraesentatur, sed quia sumus ta-

lem esse objectorum natura, quia talis natura repraesentatur in idea objecti.

Et quia certi sumus esse in objecto, quidquid in ipsius idea clara et dis-

<sup>30</sup> tincta essentialiter repraesentatur, taliter repraesentari in intellectu, et taliter in se extra intellectum esse, non est unum, et idem: sed prius est inefabiliter connexum cum posteriore, quid sufficit ut a priori recta concludatur ad posterius. Idea rei est res ipsa in mente repraesentata; porro res ipsa

in se spectata, et res in mente repraesentata sunt una et eadem objec-

<sup>35</sup> tiva res. Ergo ab idea rei legitime concluditur ad rem ipsam.

[p. 166]

**461. Instabis 2°.** Atqui ab idea rei male concluditur ad rem ipsam, ergo

nulla est solutio. Probat. In idea hominis volantis includitur volatur, nec tamen volatur potest affirmare de homine, ergo. Distinguo antecedentem. Ab idea rei essentiali

male concluditur ad rem ipsam, nego antecedentem. Ab idea rei accidentali, concedo

<sup>5</sup> antecedentem et nego consequentiam. Ab essentiali rei alicujus idea semper valet consequentiam

ad rem ipsa: v.g. hoc ipso quod in idea trianguli in mente mea

repraesentari evidenter video triangulum nec esse nec concipi posse

sine tribus angulis et tribus lateribus, legitime concludo triangulus

in se extra mentem meam necessario tres angulos et tria complecti

<sup>10</sup> latere. Ab accidentali rei alicui non valet consequentiam ad rem ipsam, v.g.

ex eo quod mihi repraesentem hominem album in intellectu meo non

sequitur hominem in se et a parte rei esse album. Videt enim facillime intellectus meus ab illo homine cujus impressam habet imaginem abse posse albedinem, nec illum destitutum esse hominem sicut<sup>15</sup> ipsius nigredine repentina suffunderetur.

**462.** Ad probationem nego prioris antecedentis partem in sensu praecedentis responsionis. Esto: habeatur idea hominis volantis, inde recte concludes hominem volantem esse in se absolute possibilem. At nego in hominess idea concludi essentialiter volatum fuit [nec]<sup>20</sup> in idea volatus includi essentialiter hominem quod tamen foret necessario ut contra theismum nostram (nostrum?) valeret argumentum.

**463. Objicies 2<sup>o</sup>.** Si daretur scientia daretur facultatem veri infalibiliter cognoscitiva; atqui non datur in homine facultatem veri infalibiliter cognoscitiva, ergo. Probatur minor: intellectus humanus<sup>25</sup> non est facultas veri infalibiliter cognoscitiva. Probatur antecedens. Facultas errori obnoxia non est facultas veri infalibiliter cognoscitiva, atqui intellectus humanus est facultas errori obnoxia; ergo. Respondeo: nego minorem; ad probationem nego antecedentem. Ad tertium concedo majorem in sensu minoris, quam sic distinguo: atqui intellectus humanus est facultas errori obnoxia in omnibus nego minorem; in aliquibus<sup>30</sup> subdistinguo. Et errorem potest precavere, concedo minorem; et errorem non potest precavere, nego minorem et consequentiam.

**464.** Essentiale est intellectui humano utpote finito et imperfecto ut possit aliquando errare, vel propter defectum sufficientis intelligibilitatis ex parte rerum cognoscendarum, vel propter defectum<sup>35</sup> sufficientis attentionis ex parte ipsius intellectus rebus cognoscendis destinari. At illi essentiale non est ut unquam erret, tum quia

[p. 167]

in obscures potest suspendere assensum suum, tum quia in claris penes ipsum est sufficientem adhibere attentionem.

**465.** Impossibile tamen est moraliter ut non erremus aliquando, sed erramus vel aliquo voluntatis vitio, quod facit ut in satis ad<sup>5</sup> veritatem ut minus ad falsitatem propendeamus, vel aliqua mentis inadvertentia, quae facit ad circumstantes errores causas non accendamus sufficienter;

verum licet adsit aliquando quaedam erroris causa quin scitur adesse, tamen plerumque sciatur, quod hic et nunc nulla talis adsit causa erroris, nimirum ubi proponuntur nobis quaedam veritates quae sine difficili examine<sup>10</sup> dignoscuntur et quarum evidentia primo intuitu irradiatur et ad assensum rapiatur nostra mens.

**466. Instabis.** Intellectus humanus semper et in omnibus est fallibilis, ergo. Probatur

antecedens. Intellectus humanus est ex essentia sua finites et imperfectus, sed intellectus<sup>15</sup> ea essentia sua finites et imperfectus errori semper et in omnibus est obnoxius; ergo.

Probatur minor: ex eo quod intellectus divinus ex essentia sua est infinitus et omni imperfectus carens, nusque et numque est obnoxius errori; ergo a contrario, quia intellectus humanus est ex essentia sua finitus, imperfectusque errori semper et in omnibus est obnoxius Respondeo:

nego antecedentem; ad probationem nego minorem. Ad tertium, concedo antecedentem et nego consequentiam.

<sup>20</sup>**467.** Intellectus humanus sicuti est ens finitum habet aliquid



imperfectio, seu habet aliquas perfectiones positivas, aliquas perfectiones positivas, aliquas negative limitatas et circumscriptas. Capacitas cognoscendi multas veritates est perfectio in intellectu humano; incapacitas cognoscendi omnes veritates est in eodem intellectu imperfectio seu perfectionis limitatio. Si infinitam complecteret intellectivitatem, intellectus humanus omnem attingeret veritatem ut Deus; si omnem a se intellectivitatem excluderet, nulli veritati cognoscendae par esset, ut lapis.

**468.** Medium quodam tenet inter duo hac extrema noster intellectus<sup>30</sup>; quasdam habet, quasdam a se perfectiones excludit. Perfectiones quibus est praeditus multis illum veritatibus assenquendis parem efficient; perfectiones quibus caret pluribus etiam veritatibus attingendis illum reddunt imparem. Sapiat igitur ad sobrietatem intellectus humanus ut divinus afflatus spiritus suadet Magnus Gentium<sup>35</sup> Apostol, et dum utiles et suo proportionatas captus veritas inquirat, audaciori scrutari lumine illas veritates obtineat, quas Deus homini voluit oculari! Desineat scientia ubi incipit fides.

[p. 168]

**469. Objicies 3<sup>o</sup>.** Nihil cognoscimus nisi per sensus, juxta vetus illud axiomna: nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu; atqui sensus sunt medium cognoscendi fallax, ergo nihil cognoscimus, nisi per fallax cognitionis modo ac proinde nihil certum et infallibiliter cognoscimus.  
<sup>5</sup> Respondeo: nego majorem, quam multa enim cognoscimus et scimus aut cognoscere et scire possumus sine sensuum ministerio, v.g. quod existeamus ex eo quod cogitemus, quod extiterit aliqua nostrae existentiae causa, ex eo quod cogitemus vel sentimus esse nos habendas a nobis metipsis existential incapaces,

quod totum sit major sua parte, quod iter dse eadem sint quae sunt eadem cum  
<sup>10</sup> uno tertio, et sic de aliis. Non ergo crediderum homini sensibus exterioribus privato sed recta interius organisatione donato, impossibile esse ad sublimiores multas cognitiones tum in Metaphysica, tum in Dialectica, tum in Geometria, tum in morali per solam ingenii sui vim intrinsicam assurgeret.

<sup>15</sup> **470.** Quod spectat ad allatum in probationem adagium, dico illud nullatenus mereri nomen axiomati, tum quia non est universaliter verum multa enim sunt in intellectu quae in nullo unquam fuerit sensu, ut varia intellectus judicia et ratiocinia, ut idea Dei, idea animae, idea aeternitatis, idea jurisdictionis, variae moralitatis et veri-  
<sup>20</sup> tatis ideae. Tum quia non sufficientem in se habet certitudinem et evidentiam, nullo enim modo per illud certum fit, et notum quod transeat et quomodo transeant in intellectum sensuum variae impressiones. Nihil igitur aliud significare et importare videtur vetus illud adagium nisi quod [...] cogitemus et plurimum nisi de iis, quae fuere nostros subjecta  
<sup>25</sup> sensibus quod vi nostram thesim nullatenus militat. Negare etiam minorem, quia  
jam demonstratum est sensus adhibitus non esse fallax, immo esse certum et infallibilem cognitionis medium.

**471. Objicies 4<sup>o</sup>.** Nullum est objectum de quo dari possit scientia, ergo. Probatur antecedens: duplex est tantum objectorum species, unum  
nece-  
<sup>30</sup> ssarium nempe Deus, reliqua contingentia nempe creaturae omnes. Atqui nec entia contingentia, nec ens necessarium possunt esse objectum scientiae, ergo. Probatur prima minoris pars. Scientia utpote necessaria debet habere in se objectum utpote necessarium et immutabile, sine tali enim in objectum necessitate et immutabilitate, nulla est cognitio certa, nullaque  
<sup>35</sup> proinde scientia; atqui entia contingentia non sunt objecta in se necessarium

[p. 169]

et immutabilis, ergo. Probatur altera ejusdem minoris pars. Non ascenditur ad cognitionem entis necessarii nisi per entia contingentia; ergo si non possit dari scientia de ente contingente neque dari potest de ente necessario. Respondeo: nego antecedentem, ad probationem nego minorem; ad utramque illius probationem ditinguo antecedentem prioris probationis.

<sup>5</sup> Scientia debet habere objectum in se necessarium et immutabile in genere existentiae, nego antecedentem; in genere veritatis, concedo antecedentem et nego consequentiam.

**472.** Nihil nisi misera verborum

aequivocatio illud arguo, quod totum ruet si voces explanantur. Scientia dicitur necessaria quia impossibile est ut ipsius objectus in se non sit eo modo quod

<sup>10</sup> esse cognoscimus objectum, ergo illius debet esse necessarium in eo sensu quod necessarium

debet esse quale concipitur, quale enuntiatur. Porro entibus contingentibus convenit talis necessitas, talis immutabilitas dum considerantur secundum proprietates ipsis essentialia. Secundum proprietates quibus impossibile est ut careant. Sic triangulus est ens contingens quia potest non existere, sed si <sup>15</sup> existat triangulus tribus constabis lineis, ecce tibi proprietatem essentialiam, secundum quam triangulus erit objectum in se necessarium et immutabile,

verum certitudinis, et scientiae objectum.

**473.** Ad probationem secundam minoris

partem, nego consequentiam. Posito enim quod existat aliquod ens contingens, illud

<sup>20</sup> ens contingens deducit necessario et evidenter ad cognitionem Dei existentis. Porro nemini dubium esse potest, quod existat ens aliquod contingens nisi de sua dubitet existentia, quod est impossibile.

**474. Instabilis 1<sup>o</sup>.** Atqui nec essentia

rerum subit objectum eertitudinis et sicientiae, ergo. Probatur antecedens. Quod est in se mutabilis non est

<sup>25</sup> objectum certitudinis et scientiae; atqui essentiae rerum sunt in se mutabiles, ergo. Probatur minor:

essentia rerum pendet a Deo, ergo. Respondeo: nego antecedentem; ad probationem, omissa majorem, quae

non est universaliter vera, nego minorem. Non minus pugnancia loquitur quis asserit essentia rerum esse mutabiles, quam quis diceret esse possibile ut aliquid simul sit, et non sit. Si enim mutarentur essentiae rerum jam eadem simul

<sup>30</sup> esset et non esset, id quod ipsa est, v.g. si mutaretur essentia triangulus in essen-

tiam circuli, triangulus jam foret triangulus et non foret triangulus, quod evidenter repugnant.

**475.** Ad tertiam distinctionem nego antecedentem; essentiae rerum pendet a Deo quoad suum esse physicum, seu existat donatae vel privatae suis

<sup>35</sup> constitutivis intrinsecis et characteristicis, nego antecedentem et consequentiam. Esse

rei physicum est ejus essentia, esse rei metaphysicum sunt illa rei

[p. 170]

attributa, aut constitutive aut praedicata, quibus concipitur res non possit care-  
re.

**476. Instabis 2°.** Temere et sine fundamento asseritur non posse rerum essentias arbitrium divinae voluntatis mutari, ergo. Probatur antecedens: illud temere et <sup>5</sup> sine fundamento asseritur si nobis non penitus est cognita divinae omnipotentiae sphaera. Cerum est consequens, ergo et antecedens. Constat majus, si enim non cognoscimus omnem penitus divinae omnipotentiae sphaeram, qua fronte illi terminus assignamus? Minor est evidens: divina enim omnipotentia utpote infinita non potest finito comprehendi ingenio.

**477. Respondeo:** nego antecedentem; ad probationem nego majorem. <sup>10</sup>Quamvis non cognoscamus omnem divinae omnipotentiae sphaeram, id est, quamvis non cognoscamus omnes rerum species et omnia rerum individua ad quae potest sese extendere divina omnipotentia, scimus tamen et ipsa nixi evidentiā asserimus sine ulla temeritas nota, non posse illa sese extendere ad ea quae in se evidenter repugnant. Divina enim <sup>15</sup> omnipotentia non est potentia chimaerica, foret autem potentia chimaerica si posset facere ut res aliqua non sit, id quod est; unde ex repugnantia et impossibile alicujus rei cognita, concludo evidenter rem illam intra divinae omnipotentiae sphaeram non contineri.

**478. Objicies 5°.** Juxta Aristotelem <sup>20</sup> scientiae sunt de universalibus; sed non datur scientia de universalibus, ergo. Probatur minor. Ut detur scientia de universalibus debet posse fieri enumeratio, et enumerationem omnium singularem impossibile est, consequens, ergo. Probatur major: possumus certo scire et asserere omnes cujus verbis incolas esse doctos si facto prius singularium examine et experientia et observatione didicerimus, <sup>25</sup> quod singuli sint docti, ergo. Respondeo: omissa majorem, nego minorem. Ad probationem distinguo majorem. Ut detur scientia de universalibus debet posse fieri enu-

meratio et omnium singularium examen ex quibus constant universalia, si scientia sit de attributo accidentali concedo majorem. Si scientia sit de attributo essentiali nego majorem et consequentiam.

<sup>30</sup> **479.** Quamvis dixerit Aristoteles scientia esse de universalibus, quid ad nos? **Nullius addictus jubare in verba Magistri**, ut recte de se ipso canit Poeta Romanos apud Philosophos. At primum momentis non Philosophorum auctoritate movemur. Quam falsum sit autem quod universalia sit unicum scientiae objectum <sup>35</sup> experimus unusquisque. Nonne conscii de nostra existentia, de existentia

[p. 171]

in creati alicujus existentiae nostrae auctor, licet haec sint objecta particularia? Unde dico Aristotelem id unum docuisse aut dicere debuisse, scilicet quod scientiae considerent communiter objectum suum universaliter sumptum, nec excurrant per singularia objecta; atque in hoc sensu verum est adagium <sup>5</sup> aristotelicum.

QUAESTIO II.

UTRUM SCIENTIAE OMNES DE NOVO ACQUIRANTUR?

**480.** Huic quaestionis locum dedit Pythagorum sectae Italiae institutorum in eo siquidem fuit errore: humanas mentes a Deo fuisse initio creatas <sup>10</sup> absque corporibus easque cum in suum conditorem peccato delinquissent, ad luendam peccati poenam in corpora, veluti in totidem carcere destruxas fuisse; notiones autem quibus in creatione abunde instructa fuerunt per ammixturem corporis illiusque contagio ita perturbatas et deletas fuisse, ut non nisi labore et studio iterum acquiri possunt. In hoc errore fuit etiam lapsus Plato. <sup>15</sup> Unde apud Pythagoricos et Platonicos, qui modo student, non novas sibi

comparant cognitiones, sed veteres dumtaxat. Quare apud ipsos vulgatum erat scire nostrum est reminisci. Sed haec opinio praeterquamquod nulla fulcitur, a philosopho Catholico rejicienda est; ab Ecclesia enim damnamur animas enim humanas ante corpora quibus ununtur creatas fuisse, in Concilio Lateranensi<sup>20</sup> V, sub Leone X celebrato. Quare

**481. Sit conclusio.**

Scientiae omnes stricte sumptae de novo acquiruntur. Probatur conclusio. In hoc differt

notitia habita per simplicem apprehensionem, ac notitia habita per scientiam, quod illa sine iudicio, et discursu habeatur, immo iudicio et discursu necessario<sup>25</sup> praecedat; haec autem non nisi post iudicium et discursum habeatur. Scientia enim acquiritur per illationem reflectendo supra motiva, et iudicia.

Nunc sic: sed omnis homo non incipit discurrere in primo vitae momento, ergo nec tunc habet scientiam proindeque infusa non est.

**482. Aliunde omnes homines**

<sup>30</sup> habent innatam vim ratiocinandi, reflectendo supra motiva, ut veritates particulares assequantur, sed si omnis scientia est infusa superflua esset ulla vis discurrendi, superflua etiam esset tertia mentis operatio. Quid absurdius? Igitur. Confirmatur: si scientiae omnes essent hominibus infusae nihil particulare Deus Salomoni contulisse;

[p. 172]

hoc autem est contra Sacram Scripturam. Ergo scientiae de novo acquiruntur.

Probatur major: particulare beneficium concessum in eo stat quod sine praevis et la-

boriosis discursibus haberet scientiam; sed iuxta expositam sententiam id ipsum reliqui homines habent, ergo. Neque Cartesiani dicant illud

<sup>5</sup> beneficium Salomoni concessum unice stitisse in eo quod scientiae omnes  
facilli-

me et se solis excitarentur, in illo quod in caeteris hominibus non accidit, eo  
quod quamvis scientiam ipsam habeant a prima animae creatione, egent  
tamen labore et reperitis discursibus, ut eorum scientiae excitetur. Contra  
enim est: constat plurimum fuisse, qui facillime scientiae

<sup>10</sup> obscurae habuerunt prima lectione, vel auditu; sic Augustinus puer quidam  
Hispanie,  
apud Feijóo et alii. Sed nullus istorum scientiam habuit modo qua Salomon,  
ergo et per consequens, etc.

### Solvuntur argumenta

**483.** [Objicies 1<sup>o</sup>] Omnis idea est innata, ergo omnis scientia est infusa.

Probatur consequentia: qui habet prin-

<sup>15</sup>cipium scientiarum eas de novo non acquiritur, sed ideae innatae sunt principia  
scientiarum, ergo. Respondeo: omisso antecedentem, nego consequentiam. Ad  
probationem nego majorem. Nam

prima principia scientiarum quae sunt veluti fonte omnium illarum,  
non sunt per discursum, cum rustici, et pueri eas scientant; sic nemine latet  
principium hoc “totum est major sua parte”, et istud “si aequalibus aequalia  
<sup>20</sup> addas, quae consurgunt sunt aequalia”, et nihilominus juxta Aristoteles  
omnes dicantur de novo acquirere scientias.

**484.** Similiter qui intelligit misteria fidei

et regulas Logicae habet principia ad Theologiam adipiscendam, nec tamen  
Theologicam acquisisse dicendus nisi conclusionem induxit ex illis principiis.

<sup>20</sup> Itaque ideae innatae sunt veluti semina scientiarum et principia generalia.

Rem declaro: ex ideis innatis quas simplices esse constat, efformantur  
ideas factitias, et ex utrisque iudicium quod est actus, quo ipsa unit vel separat  
ideas, et ex iudicio anima facit discursum, ingenioso labore inquierens [...]

quodnam iudicium sit verum, quodnam falsum, ut agnoscat quam veritatem  
<sup>25</sup> inferre debeat. Ex hoc igitur discursu generatur scientia, non vero ex



simplici rerum apprehensione vel ex iudicio nisi improprie loqui velitis.

**485. Obijcies 2º.** Quia ideae sunt innatae non potest dari cognitio erronea; sed scientia

nihil aliud est quam cognitio vera et ab errore immunis, ergo quia ideae sunt innatae scientiae pariter innatae sunt, non vero de novo acquisitae. Respondeo: distinguo majorem:

<sup>30</sup> non potest dari cognitio erronea formaliter, concedo majorem; materialiter et ratione

[p. 173]

iudicii consequentis, nego majorem et distinguo minorem. Scientia cognitio vera habita per solam simplicem apprehensionem nego minorem. Habita per discursum in quo datur multoties error formalis, concedo minorem et nego consequentiam.

**486. Discrimen cogitationis quae**

<sup>5</sup> constituit scientiam philosophice et stricte sumtam a cognitione illa quae dicitur

simplex apprehensio supra jam notavimus; unde ex hoc fieri nequit ad illam cognitionem illatio quoad omnia, ut existimant auctores oppositae sententiae, illam

ad quam pertinent ideae, non esse erroneam formaliter constat; at ex hoc id ipsum

eodem jure nequit de cognitione scientifica, alioquin neque in iudicio

<sup>10</sup> aut discursu ex quibus resultat scientia dari possit error, quod cartesiani non admittunt. Ergo ex eo quod ideae sunt innatae male infertur scientiae de novo non acquiruntur.

**487. Objicies denique.** Experientia constat multos esse qui in aliquas scientias propendunt, sed hoc explicari non potest nisi per infusionem scientiae a Deo, quae tunc habitus indigeat solum declarari, ex excitari; ergo.

Respondeo: nego

<sup>15</sup> minorem. Nam ut est inconcussum inter recentiores, memoria materialis, et cerebri

immutatio proportionata peculiari et diversae ipsius dispositione, et juxta eam diversam facilitatem sentiunt homines in sensationibus externis ex quibus excitantur ideae proportionatae, ut anima judicet ac tandem discursum perficiat.

Ani-

ma autem ea appetit, quae faciliora sunt; ideo hic unam, ille alteram

<sup>20</sup> scientia, humano ardore desiderat.

### QUAESTIO III.

UTRUM SCIENTIA, FIDES ET OPINIO SIMUL CONSISTERE POSSINT IN EADEM MENTE, DE EADEM RE?

**488.** Cum scientia sit cognitio certa et evidens, opinio autem incerta et probabilis <sup>25</sup> tantum, ac demum fides certa quidem, sed obscura; hinc excitatur quaestio utrum

si scientia, fides et opinio simul esse possint in eadem mente de eadem re. Quae quaestio

ad duo tantum pertinere potest, scilicet, ad existentiam Dei, et ad humanae mentis

immortalitatem. Nam praeter illa duo nihil penitus occurrit in rerum natura quod scientiae, fidei et opinioni simul subjacere possit. Quare

<sup>30</sup> **489. Sit conclusio.**

Scientia, fides et opinio in eadem mente simul esse possunt, de eadem re, quoad argumenta seu media quibus innituntur, sed tamen sola tunc scientia movet seu afficit animus. Probatur prima pars conclusionis. Ut scientia, fides et opinio in eadem

mente, de eadem re simul consistant quoad argumenta seu media quibus innituntur

[p. 174]

id tantum necesse est ut aliquis novit media seu argumenta circa rem scientia, fides et opinio; atqui potest aliquis nosse media seu argumenta quibus existentia Dei, et humanae mentis immortalitas demonstratur, tum revelationem divinam propter quam creduntur, tum denique saniorum hominum consensus<sup>5</sup> nem per quam probabiliter suadentur; ergo.

**490.** Probatur secunda conclusionis pars; tunc aliqua qualitas sola movet, aut afficiat animum cum per eam solam sic persuasum est animus, et persuaderi amplius non possit. Atqui per solam scientiam sic persuasum est animus, ut persuaderi amplius non possit, nam<sup>10</sup> scientia remove omne dubium quod relinquit opinio, et tenebras discutit quas habet fides, unde fides et opiniones inutiles reddit; rem scientia cum fide et opinione conjuncta sola movet seu afficit animum et per consequens.

### **Responsiones ad objecta**

**491. Objicies 1<sup>o</sup>.** Contra primam conclusionis partem. Ea non possunt esse simul<sup>15</sup> in eadem mente de eadem re, etiam quoad argumenta quibus innituntur, quae se se mutuo destruunt; atqui scientia, fide et opinio etiam quoad argumenta quibus innituntur, sese mutuo destruunt, ergo. Respondeo nego minorem. Licet enim scientiam, fidem et opinionem reddat inutiles respectu mentis, quatenus destruit omne dubium, quod opinio relinquit, et fugat tenebras quae fidem commuteri

<sup>20</sup> solent, non tamen eas destruit, quoad argumenta nituntur qua mens semper illa nosse potest quamvis iis non moveatur.

**492. Instabis.** Ea sese mutuo destruunt quorum alterum clarum est, et alterum obscurum, alterum certum et alterum incertum; sed scientia clara est, et fides obscura; itidem scientia est certa, et opinio <sup>25</sup> incerta, ergo. Respondeo: distinguo majorem. Sese mutuo destruunt quantum ad effectus qui in mente produci potest, concedo; quatenus ad argumenta quibus nituntur, nego. Quare concessa minorem, distinguo consequentiam eadem distinctione. Igitur cum scientia, fides et opinio simul conjuguntur, tum scientia sola mentem afficit, fidemque et opinionem inutiles reddit, ea tamen non obstat quo- <sup>30</sup> minus fidei et opinionis argumenta ab ipsa mente percipiuntur, neque adeo illas destruit quantum ad argumenta seumedia quibus nituntur.

**493. Objicies 2<sup>o</sup>.** Contra secundam partem. Si quis obstet quominus afficiatur simul argumentis scientiae,

[p. 175]

fides et opinionis id sane est quod mens non possit simul certa esse et incerta, clara simul et obscura, quidpiam cognoscere; atqui mens potest esse certa simul et incerta, clara et obscura quidpiam cognoscere, ergo. Probatur minor. Ut mens sit certa simul et incerta, clara et obscura quidpiam cognoscat, satis eam uti mediis certis, et <sup>5</sup> incertis, claris et obscuris, scilicet, probabilis argumentis. Potest etiam uti argumentis obscuris nempe revelatione supernaturali et divina, ergo.

**494.** Respondeo: nego minorem. Repugnat enim mentem esse certam simul et incertam, clara et obscura, quidpiam cognoscere; licet percipere possit aliqua argumenta quae incerta sunt, dum aliis convincitur<sup>10</sup> quae sunt certissima; v.g. novi quaedam argumenta quibus probabilis redditur exis-  
tentia Dei vel humanae mentis immortalitas, sed iis nunc minime moveor, cum aliunde existentiam Dei et humanae mentis immortalitatem citra dubium demonstratas putem. Cum igitur ita persuasus est animus, et persuaderi amplius non possit, tunc ipsi fides et opinio revera sunt<sup>15</sup> inutiles.

**495.** Ad probationem, nego majorem. Licet enim mens utatur mediis certis et incertis, non tamen incertis afficitur, sed iis solis quae certa sunt persuadetur. Item cum adhibet media clara, et obscura, claris tantum movetur, non obscuris. Ideoque dici non potest certe et simul incerte, nec clare simul<sup>20</sup> et obscure rem eandem cognoscere. Quo circa beati qui Deum vident, sicut est, non jam moventur argumentis fidei, ideas non credunt misteriis revelatis propter suam auctoritatem dicentis, quia scientiam habendam est claram ac distinctam eorum misteriorum perceptionem.

**496.** Simili modo ubi quis<sup>25</sup> videt quae sibi fuerant ab aliis nuntiata, non jam iis credit quod sibi annuntiata fuerint, sed quod ea videat. Sic cum mulier Samaritaba, Joannes c. 40, popularibus suis annuntiasset, quae in Christo Domino fuerat admirata, multique propter mulieris testimonium in Christum credidisset; ubi postmodo ad Christum venerunt, ipsumque viderunt, et audierunt,<sup>30</sup> mulieri dicebant *jam non propter suam loquelam credimus, ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundo*. Ergo mens non potest clare simul et obscure rem eandem tenere.

**497. Instabis.** Si res ita foret, vir doctus non haberet fidem nec fidei meritum; falsum autem

<sup>35</sup> est consequens, ergo. Respondeo: distinguo primam majoris partem; vir doctus non haberet

[p. 176]

fidem seu non afficeretur argumentis fidei in iis rebus quas certo et evidenter novit,  
concedo majorem; aliis rebus quae fidei subjectae sunt et obscurae, nego et distinguo minorem.

Falsum est virum doctum non habere fidem in his quae obscurae, concedo; in iis quae certe et evidenter novit, nego minorem et consequentiam.

<sup>5</sup> **498.** Ita vir doctus non habet

fides in iis quae certe et evidenter novit, sed in iis tantum quae obscura sunt et quae sola Dei revelantis auctoritate sunt subjectae. Nec ideo ea rare putandum est fidei merito dummodo ita sit affectus, ut etiam si destructa est scientia, foret tamen ad credendum revelatis semper paratus,  
<sup>10</sup> ut revera iis credit que per solam fidem habet comperta. Quod autem sit Divus Gregorius apud Sanctum Thomam II-II, quaestione, art. 10: *Fidem non habere meritum ubi humana ratio praebet experimentum*, ita est intelligendum et nullum<sup>38</sup> sit fidei meritum, cum credere nullemus, nisi iis dumtaxat quae humana ratione consequi possumus. Sed cum ita  
<sup>15</sup> sumus affecti ut divinae auctoritati nos subijcere, parati simus etiam si omnis abesset evidentiā, tum demonstratione aut scientia nullatenus fidei inminuit meritum.

**499.** Aliunde non citra rationem reve-

latio credimus: nam ratio semper antecedit fidem, ut docet S. Augustinus Ep.

<sup>20</sup> 120, siquidem idcirco tantum auctoritati divinae non alteri intellectus

<sup>38</sup> Original *multum*, corrección por el sentido contextual.

nostrum subijcimus, quod certum nobis sit solum Deum utpote summum bonum

et summe verum, nec falli posset nec fallere. Unde licet fidei multo certius habenda sit, quam scientia sumpta pro cognitione rei naturalis per causa, in tanquam certior quam scientia sumpta pro revelatione naturali<sup>25</sup>li seu intelligentia nobis omnibus divinitus concessa per quam novimus rationem nostram in iis, quae intellectu attingere nequimus divinae auctoritati esset subjiciendum. Nam utraque cognitio ab eodem principio oritur, nempe a Deo mentes nostras in cujus lumine lumen videmus, ut ait Rex Propheta Psalmo 55, v. 10.

<sup>30</sup> **500.** Si quis autem dicat scientiam et fidem vel scientiam et opinionem non esse oppositas, respondeo cum distinctione: non sunt oppositae quantum ad media seu argumenta quibus utuntur, vel quantum ad rem quam probat, concedo; non sunt oppositae quantum ad effectum quae in mente possunt producere, nego. Quamvis igitur <sup>35</sup> scientia, fides et opinio non sunt oppositae quantum ad media quibus utuntur, vel quantum ad rem quam probant, utpote quae rem eandem v.g. existentiam Dei diversis quidem non tamen oppositis argumentis affirmant,

[p. 177]

oppositae tamen sunt ratione status quem in mente possunt producere, nam scientiam certitudinem et evidentiam in mentem inducit, fides obscuritatem relinquit, opinio dubium non amolitur. Certitudo autem et privatio certitudinis, evidentia et privatio evidentiae opponuntur. Quare effectus <sup>5</sup> scientiae et fidei vel opinionis et scientiae in mente productis opponuntur.

Neque obstat quod vulgo dicunt opinionem esse tantum incertam negative non positive, quatenus nimirum opinio relinquit dubium non vero ponit, aut inducit, quae-

madmodum nuditas rigente hyeme dicitur frigida negative, quatenus non arcet frigus, non vero dicitur frigida positive, quia non inducit<sup>10</sup> frigus. Nam si scientia positive certitudinem et evidentiam afferat, opinio dubium relinquat, fides obscuritatem non amoveat, minime dubitare potest quin oppositos in mente effectus, aut status producant, per quos mens, certa et incerta fieret, clare et obscure cognosceret, qui effectus simul consistere non possunt.

<sup>15</sup> EXERCITATIO UNICA IN QUARTAM MENTIS OPERATIONEM  
UTRUM GENERALIS CARTESIANA DUBITATIO  
CONFERAT VERITATI ASSEQUENDAE

**501.** Renatus Descartes, Philosophus Galliae, vir eximiae sane subtilitatis, cum rerum in hoc aspectabili mundo existentium,<sup>20</sup> notitiam nonnisi per sensum accepisse se intelligeret, atque de fide sensuum utpote qui erroris occasionem intellectui praeberere possint, merito de dubitare posse, existimaret nova plane viamque usque dum in cognitam viam ingressus exigit tamen mundi hujus et rerum quae in eo sunt, existentiam rerum omnium in mundo contentarum.<sup>25</sup>

**502.** Supponam, inquit in Prima sui Meditatione, non optimum Deum, fontem veritatis, sed genium aliquem malignum eundemque summe potentem et callidum, omnem suam<sup>30</sup> industriam in eo possuisse ut me fallere. Putabo caelum, aerem, terram, colores, figuras, sonos cunctaque externa mihi aliud esse quam ludificationes somnium. Considerabo me ipsum tanquam manus non



[p. 178]

habentem, non oculos, non carnem, non sanguinem, non aliquem sensum. Sed haec omnia me habere falsae opinantem, obstinate in hac meditatione defixus. Denique post multa secum disputata infert, quod assertum hoc: cogito, ergo existo, quoties profertur aut<sup>5</sup> mente concipitur verum sit, ac proinde esse animam veritatem indubitatum, principiumque primum ex qua caetera proflunt. Sed quam inutilem hanc Cartesii regulam inveniendae veritatis, quamque falsum principium a se stabilitum esse primum duplici conclusione demonstrabitur. His suppositis

**<sup>10</sup> 503. Sit 1<sup>a</sup> Conclusio.**

Methodus cartesianum non solum est inutilis ad veritatem inveniendam, sed etiam veritati opposita, ut riguroso scepticismo favens. Conclusio duas habet parte, quarum prima probatur. Methodus Cartesiana ad veritatem inveniendam<sup>15</sup> est inutilis, si inducat dubitationem generalem, licet ad tempus; sed talis est proposita a Cartesiano Methodo, igitur inutilis est. Probatur major: Methodus quae inducit dubitationem generalem, licet ad tempus, est chimaerica et improbabilis, ergo inutilis est. Probatur antecedens: impossibilem et chimaericam<sup>15</sup> est assensum circa omnia suspendere, sed methodus quae inducit generalem dubitationem, licet ad tempus, importat generalem suspensionem assensum circa omnia; igitur. Probatio majoris: illud est impossibile, quod non est in potestate nostra, sed assensum circa omnia suspendere non est in potestate<sup>20</sup> nostra, ergo. Major est evidens. Minor probatur. In potestate nostra non est assensus circa evidentia, qualia sint principia alia: bis duo dant quatuor, quadratum quatuor habet latera. Assensus ad hac per breve tempus suspendi non potest; ergo. Probatur antecedens. Judicia illa circa praefatas veritates<sup>25</sup> sunt necessaria et minime libera, ergo.

**504.** Probatur secundo: illa  
methodus inutilis est ad veritatem inveniendam, quen

[p. 179]

serio pertracti non potest; sed talis methodus cartesiana, ergo. Probatur minor. Nemo dubitare serio poterit, v.g. duo bis non sunt quatuor, totum non esse major sua parte; nec ad inquam suis sophismatibus assequi poterint sceptici, ab his qui sana mente<sup>5</sup> pollent, ut ipse Cartesius fatetur. Nemo existimat ipse discipulos suos insanos esse, aut scepticorum argumenta majorem vim ad persuadendum in suo ore, aut calamo habitura, quam in ore scepticorum.

**505.** Probatur tertio. Impossibile est abolere<sup>10</sup> memoriam judiciorum prius factorum, praesertim circa illas veritates, cum hoc in nostra potestate non sit, alias memoria haec totaliter destrueretur, quod est omnino falsum; fieri enim non potest ut mentis obscuretur, id est, totius et partis, qui si statim recurrat iudicium illud, totum<sup>15</sup> esse major sua parte.

**506.** Probatur quarto. Quia res certissimae non possunt esse objectum assensus dubium, adhuc ad tempus, sicut res incertas, adhuc per breve tempus, nequeunt esse objectum assensus evidentis; quamcumque enim suppositionem admittam circa hujus<sup>20</sup>modi objecta, si semper intime conscius ero, me fingere remque non ita se habere ac proinde rem evidentem semper esse certissimam, incertamque ita esse. Ergo numquam potero assensum suspendere consequenterque nec dubitare etiam ad tempus.

**507.** Probatur secunda pars:

<sup>25</sup> illa methodus est veritati opposita, et scepticismo favet, qua posita nulla potest veritas amplius investigari, sed potius in scepticismum declinandum est; atqui posita methodum cartesianam nulla potest veritas investigari amplius, sed potius in scepticismum declinandum est; ergo. Probatur minor: <sup>30</sup> admissa dubitatione generali, licet ad tempus, numquam investigari poterit certitudo harum veritatum: totum esse major sua parte, bis duo sunt quatuor, nisi ope alicujus propositionis certissimae, de qua non liceat adhuc affective methodice sive ad tempus dubitare, sed admissa dubitatione certissima

[p. 180]

nulla est hujusmodi propositio indubitare, ergo. Major est dicta cartesianorum. Probatur minor. Si aliqua esset veritas de qua ne effective sive ad tempus dubitare posset, maxima principium illud cartesianorum **cogito, ergo existo**; atqui hoc est falsum, ergo. <sup>5</sup> Probatur minor: in tantum juxta Cartesii doctrinam dubitari non posset de suo principio, quia impossibile est me cogitare, quin existam; atqui haec ratio non obstat, ergo. Probatur minor. Non minus impossibile est, quod bis duo non sint quatuor, quod quadratum non habeat quatuor latera; sed hoc non obstante <sup>10</sup> dubitare potest mens de illis veritatibus saltem affectu, sed hoc ipso ope dubitationis cartesianae numquam pervenire potest ad aliquam veritatem indubitam, ergo.

**508.** Certa enim si

rationem torquere possimus, ut dubitet de veritate illarum <sup>15</sup> propositionum; quid nisi id ipsum possimus de principio illo cartesiano **cogito, ergo existo**, maxime cum illud non sit primum

sed potius in aliud, nempe impossibile est simul esse et non esse, resolvatur, ut videbimus in secunda conclusione. Praeterea si scepticus propositionem illam audet negare, nonne aequo jure poterit et <sup>20</sup> principium certissimum in dubium revocare. Vellet ne Cartesius scepticum obmittes acre qui obstinate asserat, nihil esse certi aut ostendere veritatem propositionis, de qua supponit nos illius methodo, utentes, dubitare. Certe enim scepticus obstinate negans propositiones adhuc evidentes, de illarum <sup>25</sup> certitudine dubitans, juxta methodum cartesianam ipsum certe exploderet, et id ipsum ego facerem, dicendo me in dubio manere illarum propositionum de quibus ipse me dubitare fecerat, cum principium illud, quo ipse me convenire conabatur, non esset mihi minus dubium quam propositiones ipsae, “bis duo sunt quatuor”, <sup>30</sup> “totum esse major sua parte”; ergo dubium certissimum est veritati oppositum et riguroso scepticismo proximum.

**509. Sit 2<sup>a</sup> Conclusio.**

Hoc cartesianum principio “cogito, ergo existo”, non est principium primum in quo caeterae veritates resolvantur, sed ad summum est prima

[p. 181]

veritas quae in ordine naturali homini cogitandi de rerum existentia occurrit. Haec conclusio duas habet partes. Probatur prima quoad primum. Quod resolvitur in aliud non est primum cognoscendi principium, in quo caetera resolvantur; sed hoc <sup>5</sup> principium “cogito, ergo existo” resolvitur in aliud qua si concessio hoc antecedente “cogito”, negaretur haec consequentia, “ergo existo”, reduceretur hoc principium in aliud: impossibile est simul esse et non esse. Sed si cogitarem et non existerem, essem simul et non essem; ergo impossibile est me cogitare et non existere, igitur

<sup>10</sup> principium cartesiani, quia resolvetur in aliud non est primum.

**510.** Probatur secunda pars. Primum quod cuilibet cogitanti semper est suae cogitationis, et suae existentiae; ergo est prima veritas, quae ordine naturali homini cogitanti occurrit, et quidem nihil est intimus menti ipsa cogitatione et principia existentia.

<sup>15</sup> Si hoc voluit dicere Cartesius, nihil dubium dixit, nec fuit cur tanto apparatu hoc principium velut novum inventum nobis venderet; existentia cuilibet est tam clara, cuilibetque tam manifesta, ut hac demonstratione non egeat: **sum cogitans, ergo existo.** Omnis enim sciunt existentiam cogitantis sub-<sup>20</sup>jecti includit in ipsa existentia cogitationem; unde haec Cartesii demonstratio nihil offert quod non fuerit ab hominibus jam cognitum, ergo.

### **Argumenta solvuntur**

**511. Argues 1<sup>o</sup>.** Contra primam conclusionem. Multi decepti <sup>25</sup> sunt in iis etiam, quae nos carta tenemus; ergo, de nobis dubitare fas est. Respondeo: distinguo antecedentem. Multi decepti sunt in plerisque rebus quas solas particulares experientia vel ratio confirmabat, concedo; in rebus quas generalis experientia vel ratio manifestabat, nego <sup>30</sup> antecedentem et consequentiam. Decepti sunt plerique in rebus speciali ratione ac experientia obfirmatis, dum sibi nimium fidenter tutam a sapientibus viam et usitata apud illos principia neglexerunt. In his tamen quae generali comperta sunt experimento, aut generalibus evidentis rationis principiis, nemo nisi extreme amens deceptus est, ut

[p. 182]

existentia corporum.

**512. Argues 2°.** Dubitatio generalis cartesiana inser-  
vit maxime ad veritatem inveniendam, si unice consistit in eo quod  
assensus cohibeatur in his quae aut evidentia non sunt aut evidenti-  
<sup>5</sup>ssimus principiis demonstrata; sed ita est, ergo. Major est certa. Minor  
patet: tum ex Cartesiana Doctrina, tum ex verbis Gassendi, sic  
scribentis *illum comprobo enim institutum quo mentem  
tuam exuere omni praejudicio voluisti*. Respondeo ad argumentum: concessa  
majorem, nego minorem et consequentiam.

<sup>10</sup> **513.** Certum enim est quod si Cartesius du-  
bitationem suam contenuisse intra limites in argumentatione  
relatos, nullus foret, qui ejus menti non acquiescerit. Cum  
omnes Philosopho fateantur, remedium contra praejudicia  
optimum esse, assensum non praebere absque sufficiente examine.

<sup>15</sup> Verum cum ipse dubitationem extenderit etiam ad ea,  
quae per se patent, et quae ulteriori examine non indigent  
ut supra ostendemus, non video qua ratione, dubitatio illa  
gentis potius inserviat, ad mentem in praejudiciis liberan-  
dis et veritatem inquirendam. Cum nullum ipsi medium  
<sup>20</sup> superit quo possit ad veritatem pervenire, et de quo non debeat atten-  
ta Cartesii doctrina dubitare. Ad verba Gassendi dico, quod vir iste clari-  
ssimus comprobat institutum, quod Cartesius voluit mentem a  
praejudiciis liberare, minime tamen media quibus illud se assequuntur  
asserit Cartesius, ut patet ex argumentis factis.

<sup>25</sup> **514. Argues 3°.** Contra  
secundam conclusionem. Illud est primum cogitationis prin-  
cipium quo sapientes usi sunt, ad veritates comprehenden-

das; sed sapientis usi sunt, hoc principio **cogito, ergo existo** ad veritates comprehendendas, ergo. Probatur minor. Augustinus, hoc principium<sup>30</sup> usus est adversus Evodium, disputans L. 2<sup>o</sup> De Libero Arbitrio, cap. 3, ut illud ex generali dubitatione ducerit ad veritatis assecutionem; ait enim: *Prius abs te quaero: utrum tu ipse sis an tu frotase medius, ne in hac interrogatione fallaris, cum utique si non esses, falli omnino non potest?* Respondeo: distingo majorem.

<sup>35</sup> Illud primum principium quo sapientes usi sunt per modum exordii sive prae veritatis, nego consequentiam.

[p. 183]

**515.** Primum itaque cognoscendum principium axioma est quo demonstratione conficitur, et maxima statuitur ex qua analytici progredi possimus de vero in verum. Porro Augustinus loco laudato idcirco assumpsit, cogitationem esse certissimum principium<sup>5</sup> existentiae, ergo ut eo utatur ad parandam disputationis materiam, tanquam exordium cujus ope disputationem inciperet cum Evodio; de omnibus dubitare non habuit tamen cognitionem illam, velut axioma, quo veritates aliae possent demonstrari, id manifestum est ex verbis Augustinus. Ait Sanctus Doctor: *Prius<sup>10</sup> abs te quaero, ut de manifestissimis capiamus exordium, ergo.*

**516. Argues 4<sup>o</sup>.** Illud est primum cognitionis principium in scientium, de quo ipse certum sunt, quin vel certa omnia falsa esse subponerim; tale est illud **ego cogito, ergo sum**. Probatur minor. Nam adhuc si fingerem animo<sup>15</sup> omnia quae video, aut quaecumque memini esse falsa, sive somniem, vel vigilem, sive a maligno genio decipiar,

tam mihi illud compertum est, me esse, qui cogito, et si fallere, falli tamen possem, nisi essem, qui fallerem, ergo.

**517.** Respondeo: nego majorem.

<sup>20</sup> Etenim ad rationem primi principii alterius desideratur ut connexionem habeat cum rerum existentiis, quod illi propositioni nullatenus convenire potest. Quare Cartesiani male exponunt primi principii rationem. Demum non magis repugnat non esse id quod cogito, ac totum esse non sua parte majus; si enim natura illuminatum est primum, etiam secundum; si contradiceret <sup>25</sup> negans sibi in primo, etiam in secundo. Idemque valere potest de aliis propositionibus. Quare certitudo non quidpiam speciale confert cartesiano principio.

PRO CORONIDE HUIUS ULTIMAE INTELLECTUS OPERATIONE. QUAE  
PRIMO: QUID SIT METHODUS SCHOLASTICA, QUIDQUE  
<sup>30</sup> MATHEMATICA

**518.** Respondeo, Methodus Mathematica est ordo inferendi veritatem

[p. 184]

ex alia per se nota aut praevis demonstrata. Leges pro hac Methodu est prima, ut non admittantur termini nisi per exactas definitiones rite dispositas. Secunda, ut praemittant principia certa, et evidentialia, quibus rigori summo demonstrantur conclusiones <sup>5</sup> omnes. Tertia, ut illa semper antecedant, per quae sequentia intelliguntur et explicantur seu demonstrantur.



**519. Methodus Scholastica**

est in qua primo ea, quae praenotare oportet principia ac definitiones ponuntur; 2°. fit rei controversae suas in partes divisio; 3°. <sup>10</sup> status quaestionis declaratur nisi ex terminis pateat; 4°. variae recensentur auctorum opinionis et quae nostris principiis sunt contrariae referuntur; 5°. proponatur conclusio et quantum fieri potest solidi rationibus fulcitur; 6°. addantur si qua acutis momenta solvantur. Methodus hac ita descripta cum Mathematica in principiis convenit, in quibusdam vero ab ea differt.

**520.** Cum ipsa convenit quidem qua utraque non nisi accuratae definitiones admittit, utraque propositiones rite determinatas et quarum potest demonstrat; utraque demum praemittit unde alia <sup>20</sup> intelliguntur et demonstratur. Differunt tamen aliquando in materia, quae in Scholastica potest esse probabilis, in Mathematica semper est evidens infirma quam syllogisticam amat Scholastica, ubi vero probanda aut refutanda occurrunt aliqua; Mathematica vero ratiocinatur saepius per enthymemata, vel sorites propositiones satis notas citata (?) contenta, nec dissolvendis objectionibus se occupat. In ordine quae Scholastica mixtum plerumque sequitur, Mathesis naturalem praehabere solet.

**521.** Hinc quaeri solet quaenam

ex his methodibus est magis accomoda scientiis publice inaddendis. <sup>30</sup> Respondeo quod pro utraque parte disputant Patroni horum methodum, pro cuius resolutione recurrunt ad Patrem Hauser; sed interim nec irresolutum desinam quaesitum, dicam Methodum Scholasticam, utpote faciliorem, clarioremque esse supponent.

**522.** Hucusque vi exercitationibus logicalibus egimus quae mihi <sup>35</sup> videntur magis accomoda ad juvenem rite imprimandum ejusque

[p. 185]

intellectum disponendum ad scientias comparandas, interim vos, dilectissimi in Christo, rogo oroque vehementer spretis mundi illecebris, impedimentisque millibus se positis veram sapientia a Deo postuleris, medio patricinii sem-  
<sup>5</sup>perque Immaculatae Mariae, necnon et sanctissimi Josephi, Seraphici etiam P. N. Francisci, et sui filli nostrique Seraphici Doctoris, in quorum laudem et gloriam omnia in hac prima Philosophiae parte, dicta sedeant. Amen.

[p. 186]

**Index notabilium, quae  
in hac prima Philosophiae parte  
continentur**

In Logicam praefatio	Pag. 5
Logicae pars prima de quatuor mentis operationibus. Sectio prima de intellectu percipienti. Caput primum, quid et	
<sup>5</sup> quotuplex sit idea	Pag. 7
Caput secundum, de idearum universa- litate, particularitate et singularitate	Pag. 11
Arbor Porphyriana	Pag. 18
Caput tertium de veritate et falsitate	
<sup>10</sup> claritate, distinctione, necnon et de aliis divisionibus idearum	Pag. 15
Caput quartum quid, et quotuplex sit divisio quaeque observanda ut recte fiat	Pag. 21
<sup>15</sup> Caput quantum, generalis entis realis divisio breviter explicata	Pag. 23
Caput sextum, de Aristotelis prae- dicamentis	Pag. 26
ibidem Arbor purchotina	Pag. 26
<sup>20</sup> Caput septimum, de rerum prio- ritate, posterioritate et similitate	Pag. 32
Caput octavum, de signo sensibi- li generatim sumpto ejusque affectionibus	Pag. 33

[p. 187]

Caput nonum de voce prout est signum, de nomine sive tgermino vocali	Pag. 34
Caput decimum, ubi explicantur quidam termini inter disputandum occurrentes	Pag. 36
<sup>5</sup> Caput undecimum, de terminorum proprietatibus	Pag. 37
Caput duodecimum, de deffinitione ejusque regulis	Pag. 39
Sectio 2 <sup>a</sup> , de intellectu judicante	Pag. 41
Caput 1um, judicii natura explicatur	Pag. 41
<sup>10</sup> Caput 2um, de origine vitiorum quibus judicia nostra labefactare solent et quo modo illis sit occurrendum	Pag. 41
Caput tertium, de propositionis natura	Pag. 44
Caput 4um, de propositionis divissione	Pag. 45
<sup>15</sup> Caput 5um, de propositionum oppositione	Pag. 50
Caput sextum, de propositionum conversione	Pag. 52
Caput septimum, ubi explicantur breviter Propositionum censurae	Pag. 53
Caput 3um (sic), de termia mentis operatione vel discursus	Pág. 57
<sup>20</sup> Caput 1um, exponuntur ratiocinationum naturae earumque generalioa principia, ibidem tradunt	
Caput eum, de syllogismo	Pag. 59
Caput 3um, de syllogismorum figuris et modis	Pag. 61
Caput 4um, de syllogismorum regulis	Pag. 63
<sup>25</sup> Caput 5um, de syllogismis compositis	Pag. 64
Caput sextum, de reliquis argumentationibus speciebus	Pag. 66
Caput septimum, de Argumentatione demostrantiva et probabile	Pag. 67
<sup>30</sup> Caput ultimum, de variis falsis ratiociniis	

et sophismatibus	Pag. 68
[p. 188]	
Sectio 4 <sup>a</sup> , de 4 <sup>a</sup> mentis operatione	Pag. 70
Caput 1um, de método lógico analytica sive inventionis	Pag. 71
Caput secundum, de método synthetica	Pag. 72
<sup>5</sup> Caput 3um, de método disputandi	Pag. 73
Caput 4um, de método studendi	Pag. 74
Pars Logicae posterior exercitationes Scholasticas complectens, in quatuor mentis operationes	Pag. 75
<sup>10</sup> Disputatio Proemialis in Logicam, in qua illius natura, objectum, atque necessitate tradatur ibidem	
Caput primum, finis Logicae expenditur ibidem	
Caput 2um, utrum Logica sit scientia et qualis	
<sup>15</sup> et an sit ars	Pag. 76
Conclusio prima: Logica edst vere et proprie scientia	Pag. 77
Conclusio secunda: Logica est scientia practica	Pag. 78
Conclusio 3 <sup>a</sup> : Logica es ars liberalis ibidem	
Caput tertium, in quo consistat objectum Logicae	Pag. 83
<sup>20</sup> Conclusio prima: objectum materiale Logicae sunt quatuor mentis operationes, perceptio scilicet, iudicium, discursum et methodo, ibidem	
Secunda conclusio: objectum formale Logicae his vocabulis exprimitur quatenus mentis operationes ad verum sunt dirigendae	
<sup>25</sup> Tertia conclusio: totale objectum adaequatum et	Pag. 84

attributionis Logicae sunt eadem operations mentis  
perceptio scilicet iudicium etc. ibidem  
Caput quartum, Utrum Logicae sit necessaria vel utilis  
30 ad scientias acquirendas Pag. 88

[p. 189]

Sectio 1 <sup>a</sup> , Exercitationes scholasticae in primam mentis operationem. Quaestio prima: an idea sive ipsa rei perceptio potest esse falsa	Pag. 91
Quaestio 2 <sup>a</sup> . Utrum mens valeat convenientia relationem 5 inter ideas sibi mutuo repungantes percipere	Pag. 96
Quaestio 3 <sup>a</sup> . An voces, primo et immediate significant res num vero concetus mentis?	Pag. 99
Quaestio 4 <sup>a</sup> . Utrum voces articulae sint ex natura sua significativae	Pag. 102
10 Sectio 2 <sup>a</sup> . Exercitationes scholasticas in 2am mentis operationem traduntur	Pag. 108
Quaestio 1 <sup>a</sup> . Utrum iudicium sit simplex mentis actus ibidem	
Quaestio 2 <sup>a</sup> . An iudicium sit actus intellectui vel voluntatis	Pag. 110
Quaestio 3 <sup>o</sup> . Utrum iudicium sit ex natura 15 sua affirmans	Pag. 113
Quaestio 4 <sup>a</sup> . An propositio vera posit mutari in falsaam, et falsa in veram	Pag. 115
Quaestio 5 <sup>a</sup> . Utrum sensus intimum indubita- bilem pariat certitudinem	Pag. 119
20 Quaestio 6 <sup>a</sup> . Utrum claritas et dis- tinctio idearum sit infvalibiles veritatis regula	Pág, 123
Quaestio 7 <sup>a</sup> . Utrum sensuum testimonium posit constitui regula veritatis	
25 circa corpora indeterminate spectata	Pag. 130

Quaestio 8°. Utgrum sensuum testimonium constitui posit regula veritatis circa corpora determinate spectata	Pag. 147
Quaestio 9°. An et quo sensu humana <sup>30</sup> auctoritas habenda sit regula veritatis	Pag. 151
Quaestio decima. Utrum factorum super- naturalium constare veritas certo possit ex hominum testimonio	Pag. 159
Exercitatioens Scholasticae in 3am mentis <sup>35</sup> operationem. Quaestio prima.	

[p. 190]

Utrum apud nos vera existat scientia	Pag. 165
Quaestio 2 <sup>a</sup> . Utrum cientia omnes de novo acquirantur	Pag. 173
Quaestio 3 <sup>a</sup> . Utrum scientia, fides et opinio <sup>5</sup> simul conscitere possint in eadem mente de eadem re	Pag. 175
Exercitratio unica de quartam menti operationem	
Utrum generalis Cartesiana Dubitatio <sup>10</sup> conferat veritate assequenda	Pag. 179

Tractatus Unicus supplementum  
ad Logicam disputa-  
tionem duplicem  
Complectens

<sup>15</sup> In gratiam N. Subtilis Doctoris Scotis Doctrinae  
semperque venerabilis Joannes Dusen Scoto

Disputatio 1 <sup>a</sup> de identitate et distinctione	
Articulus 1us	
In quo varia exponuntur identitatum	
<sup>20</sup> et distincionis genera	Pag. 206
Articulos secundus	
An in generis intger attributa metaphysica	
ejustem rei admittenda sit distinctio formalis	
ex natura rei	Pag. 208
<sup>25</sup> Disputatio 2 <sup>a</sup> de universalibus, articulus doctrinalis	Pag. 217
Quaestio 1 <sup>a</sup> . An detur universale	Pag. 219
Quaestio 2 <sup>a</sup> . Utrum admittendae sint naturae	
in quibus de facto sint unitas formalis	Pag. 224
Quaestio 3 <sup>a</sup> . An natura cui plura interiora	
<sup>30</sup> repugnmat possit dici universalis	Pag. 237
Quaestio quarta. Utrum de4tur unviersale	
a parte rei	Pag. 238



[p. 191]

TRACTATUS UNICUS SUPPLEMENTUM AD LOGICAM DUPLICEM  
DISPUTATIONES COMPLECTENS

In gratiam Doctrinae nostri Doctoris Subtilis  
semperque venerabilis Joannes Duns Scoto

<sup>5</sup> DISPUTATIO PRIMA: DE IDENTITATE ET DISTINCTIONE

**Articulus primus**  
**In quo varia exponuntur identitatis et distinctionis genera**

**523.** Ante propositi explicationem advertere debeo aliud esse differentiam, aliud divisionem, aliud oppositionem, aliud distinctionem. Differentia est inter ea quorum proximum est idem, formae autem specificae diversae, ut Petrus et Bucephalus sunt differentes specificae, idem tamen habent genus, scilicet animal; diversitas est inter ea, quae et formas<sup>39</sup> specificas diversas habent, et non participant in eodem genere proximo, ut homo et lapis sunt divers<sup>15</sup>si, cum non participant in eodem genere animalis, licet in aliquo remotiori, scilicet substantiae vel corporis. Divisio est separatio unius ab alio, ut Petrus a Paulo. Oppositio est inter ea quae habent certam repugnantiam inter se. Distinctio tandem est aequalitas vel carentia identitatis, et competit tam differentibus quam diversis et oppositis.  
<sup>20</sup> Hoc notato

**524.** Jam ad propositum dico quod distinctio jam definite duplex est, realis vel alio nomine a parte rei, vel rationis seu per intellectum. **Prima est illa quae reperitur inter aliqua extrema independenter ab omni**

<sup>39</sup> Original añade *et*, que debe suprimirse por superfluo.

**operatione intellectus; secunda est quae intervenit inter attributa concepta tantum**  
<sup>25</sup> **ab intellectu.**

**525.** Distinctio realis dividitur primo in genericam et specificam. Generica est quae reperitur inter duas res genere diversas, ut homo et lapis. Specifica quae datur inter res diversas specificice, ut homo et equus. Numerica est quae datur inter res quae numerice distinguuntur, quamvis convenient <sup>30</sup> in genere et specie, ut homines. Dividitur distinctio realis in realem et absolutam, et est illa quae datur inter rem et rem, et realem modalem, quae reperitur inter rem et ejus modum, ut distinctio corporis ab ejus figura.

[p. 192]

**526.** Ad distinctionem realem dignoscendam quatuor signa solent assignari. Primum est ratione generationis, hoc est quoniam unum diversa generatione ab alio realiter distinguuntur, ut Petrus et Paulus, qui diversis generationibus generantur. Secundum signum, ratione corruptionis, ut quando unius corrumpitur alio non corrupto, tunc realiter distinguuntur. Tertium signum est ratione originis, ut quando unum producitur ab alio productione physica. Quartum et praecipuum signum est via separationis: unde quae realiter separantur realiter distinguuntur.

**527.** Haec separatio est triplex: actualis, potentialis [et] <sup>10</sup> proportionalis. Actualis est quae datur inter extrema nullomodo unita, ut inter Petrum et Paulum. Potentialis est quae datur inter extrema unita quae possunt separari et existere separata, ut inter corpus et anima. Proportionalis quae reperitur inter extrema quae non possunt separari. Hoc modo relatio realis distinguitur in principiis scotistarum a suis extremis.

<sup>15</sup> **528.** Praeter distinctiones reales dictas aliam tradunt scotistae a Subtilis Magistro inventam, et est illa quae ponitur inter attributa illa ejusdem rei, quae sunt quidem in ipsa re, secluso omni opere intellectui, verum ejus naturae sunt, ut negatione ab ipsa re jungi queant, neque a se mutuo separari, neque distincta actione produci, sed tantum diverso conceptu attingi, et eorum unum clare concipi altero non concepto. Hoc modo distingui dicuntur in homine animalitas et rationalitas. Est illa quae datur per intellectum inter ea quae distincta non sunt. Distinctio ratio-  
nis dividitur in distinctionem rationis ratiocinanti et distinctionem rationis ratiocinatae. Distinctio rationis ratiocinantis, quae vocatur <sup>25</sup> etiam cum fundamento in re tunc habetur quando mens in una eademque re plura concipit tamquam distincta per hoc, quod res ipsa talis sit natura, ut pluribus aequivaleat, sive ut velut plura in se continere ipsa videatur. Talis distinctio quae inter illuminativam et calefactivam solis vim a nobis concipitur. Distinctio demum rationis ratiocinantis ea est quae tota ab ipsa mente in rebus fingitur quasi illum penitus fundamentum in illis habeatur, ut cum rationis subjecti et attributi veluti diversa attributa in una eademque re distinguimus, ut cum dicimus “Socrates est Socrates”.

**529.** Distinctioni opponitur identitas, et est id per quod unum non est aliud; et est realis

[p. 193]

formalis et rationis. Identitas realis est convenientia identificata cum subjecto; sic animal et rationalis identificantur realiter in homine. Identitas formalis est illa per quam unum idem formaliter est secundum ipsum quod alterius distingui nequit nisi per rationem <sup>5</sup> ratiocinantem, v.g. identitas qua animal est idem secum ipso. Iden-

titas rationis est convenientia plurium quae totum identificantur per rationem. Duplex est, una generica, specifica altera. Dicuntur idem specie quae in tota essentia conveniunt, idem vero genere quae tantum in ratione generica. Caeterum ut consideranti perspicuum erit<sup>10</sup> hoc identitatis genus non distinctioni opponitur, sed diversitati; unde similitudo potius quam identitas dicenda erit.

### Articulus secundus

#### **An in creatis inter attributa metaphysica ejusdem rei admittenda sit distinctio formalis ex natura rei?**

<sup>15</sup> **530.** Ante hujus quaestionis quae characteristicam nostram scholae est, et principalis resolutionem proponamus, claritatis causa aliqua veniunt praenotanda, ac quidem primo quod sit res, quidque realitas, sive formalitas. Nomine rei nihil aliud intelligimus nisi entitatem ex se capacem existentiae et consequenter in linea<sup>20</sup> metaphysica compositam ex genere et differentia. Nomine formalitas seu realitas nihil aliud intelligimus nisi rationem, quae in se considerata non est res, quia non potest per se existere, sed aliquid rei, non sicut materia et forma sunt aliquid compositi, sed per identitatem, quatenus est aliquis gradus metaphysicum essentiae rei, ideoque appellatur vocabulo<sup>25</sup> diminutivo formalitas seu realitas, seu quod idem est, aliquid rei; unde sic solet ab scotistis describi.

**531.** Formalitas est ratio objectiva conceptibilis in aliqua re conceptu perfecto et adaequato, distincto a conceptu quo concipitur alia ratio objectiva ejusdem rei, et dicitur conceptu<sup>30</sup> perfecto et adaequato, qua diversa conceptibilitate imperfecta et inadaequata non infert diversam formalitatem, sed tantum diversa munera ejusdem formalitatis; quod clare dicitur ex Scoto, nam ad ostendendum distinctionem formalem, pluries recurrit ad adaequatam et perfectam conceptibilitatem.

[p. 194]

**532.** Praenotandum est secundo, plures solent viae assignari inter scotistas ad cognoscendam distinctionem formalem; tres vero tantum proponemus ad quas aliae facile reducuntur. Prima est via definitionis: illa vero quae realiter identificantur et tamen diversis definitionibus essentialibus definiuntur formaliter inter se distinguuntur. Secunda est via contradictionis: quando enim aliqua sunt realiter identificata, et de ipsis absque aliqua intellectus operatione verificantur duo praedicata contradictoria, tunc illa distinguuntur formaliter ante operationem intellectus. Advertendum tamen est, quod talia praedicata contradictoria debent illis convenire independenter ab aliqua extrinseca connotatione et inordine ad conceptos perfectos et adaequatos; qua contradictoria circa conceptu inadaequato non inferunt distinctionem formalem.

**533.** Tertia est via reduplicationis, quando aliquid convenit a part rei et independenter a consideratione intellectu alicui entitati secundum unam rationem, non vero secundum aliam, tunc ille rationis formaliter ex natura rei distinguuntur. Praenotandum est quod circa hanc difficultatem ex maestro opposita sententia [...] nullam admittit distinctionem ex natura rei inter ea quae realiter identificantur, sed tantum distinctionem rationis vel ratiocinantis vel ratiocinatae. Sic fere omnes extra nostram Scolam Scoticam. Secunda: concedit distinctionem formalem ex natura rei inter aliqua simul cum identitate reali illorum. Hanc sententia est communis consensus scotistarum cum Scoto, et ex aliis citantur pro hac sententia plurimi extranei. Cum hujus sententiae secundae auctoribus

**534. Sit conclusio.**

Ante omnem intellectus operationem datur distinctio

formalis ex natura rei inter formalitates realiter identificatas. Omissis auctoritatibus Magistri Nostri pro conclusione<sup>30</sup> quia evidens illam esse inventam ab illo. Probatur conclusio rationibus. Primo, duae relationes oppositae petunt distincta fundamenta respectu ejusdem termini; ergo relationes similitudinis et dissimilitudinis debent habere distincta fundamenta, respectu ejusdem termini. Nunc sic: in homine, v.g. ante omnem intellectus operationem

[p. 195]

datur relatio similitudinis cum equo in animalitate, et relatio dissimilitudinis in rationalitate. Ergo ante intellectus operationem debent praedicta fundamenta, scilicet animalitatis et rationalitatis distingui, sed non distinctio realis stricta, ut omnes fatentur, ergo formali distinctione ex natura rei.

<sup>5</sup> **535.** Probatur secundo, et haec ratio coincidit cum praedictis: duo praedicata contradictoria nequeunt a parte rei convenire eidem res omnino a parte rei indistinctae, sed homini convenient a parte rei duo praedicata contradictoria, nam convenit cum equo per animalitatem et non convenit per rationalitatem; ergo animalitas et rationalitas<sup>10</sup> quae sunt rationes propter quas homini convenient praedicata praedicata contradictoria aliquomodo a parte rei distinguuntur, sed non distinctione realis stricta, ergo distinctione ex natura rei formali.

**536.** Diversimode conantur adversarii hanc efficacem rationem evertere et primo respondent Jesuitae, verum esse dari praedictas<sup>15</sup> rationes in homine respectu equi, ante omnem operationem intellectus; falsum tamen fundamenta praedictarum relationum esse aliquomodo distincta ante omnem intellectus operationem, quia animalitas est ratio assimilandi hominem equo, quatenus est fundamentum ut homo confundatur cum equo in hoc conceptu generico “animal”,

<sup>20</sup> in quo sensu etiam rationalitas est ratio assimilandi hominem equo; rationalitas vero est ratio dissimilandi hominem equo, quatenus est fundamentum ut non confundatur homo cum equo in hoc conceptu specifico “homo”; in quo sensu etiam animalitas est ratio dissimilandi, quod nulla est contradictio, quia in eodem sensu in quo <sup>25</sup> animalitas est ratio assimilandi etiam est rationalitas, et in eodem sensu in quo rationalitas est ratio dissimilandi, etiam est animalitas.

**537.** Contra est: quia ideo animal est ratio conveniendi generice quia hoc ratio essentialitas animalis reperitur in homine et equo; sed ratio formalis rationalis non invenitur in equo; ergo <sup>30</sup> nequit esse ratio assimilandi equo hominem, ergo in eadem linea, scilicet, in convenientia generica, animal est ratio conveniendi et rationale non est ratio conveniendi, et consequenter in eadem linea requiritur contradictio, sed haec eidem rei secundum eandem rationem convenire; ergo animal et rationale, quorum rationes <sup>35</sup> homini convenient aliquomodo ex natura rei distinguuntur, non realiter absolute; ergo formaliter.

[p. 196]

**538.** Probatur tertio: animalitas et rationalitas diversis definitionibus definiuntur. Ergo realiter et formaliter distinguuntur in homine. Antecedens probatur.

Animal

definitur principium sentiendi et rationale principium ratiocinandi, atqui istae sunt definitionis diversae; ergo. Prima consequentia patet, <sup>5</sup> quia eo ipso quod animal et rationale diversis definiuntur definitionibus esse formale et quidditativum animalis non est esse formale et quidditativum rationalis; atqui esse formale et quidditativum unius non est esse formale et quidditativum alterius, est distingui realiter formaliter. Ergo. Minor probatur. Definitio explicat

<sup>10</sup> esse formale et quidditativum quod habet res ante opus intellectus; ergo eo ipso quo animal et rationale diversis explicentur definitionibus distinguuntur realiter formaliter.

**539.** Nec valet dicere definitiones preadictas esse tantum inadaequatas, minime vero inadaequatur, quia definitio adaequata alicujus ea est, qua totum explicat et nihil relinquit inexplicatum quaeque convertitur cum definito, atqui tales sunt definitiones allatae animalitatis et rationalitatis; ergo sunt definitiones per conceptus adaequatus. Major est certa; minor vero probatur, ex eo quod ut quis cognoscat essentiam <sup>20</sup> integram animalitatis solum indiget scire quid sit principium sentiendi et essentiam rationalitatis cognoscit quisquis per principio ratiocinandi et istae consequentiae valent: est animalitas ergo principium sciendi, est principium sentiendi ergo animalitas similiter istae est rationalitas, et consequenter sunt definitiones per <sup>25</sup> conceptos adaequatos, seu explicantes totum esse animalitatis et rationalitatis.

**540.** Probatur quarto evertendo principium fundamentum Thomistarum: ideo non daretur inter formalitates ejusdem individuis talis distinctio formalis quia talis distinctio esse realis absoluta; atqui hoc <sup>30</sup> est falsum, ergo. Probatur minor. Ideo talis distinctio esset realis absoluta quia vi illius aliquid conveniret simpliciter animalitati, quod realiter simpliciter non conveniret rationalitati; atqui licet hoc ita est, talis distinctio non est realis absoluta; ergo. Minor probatur. Licet essentia divina realiter absoluta communicetur Filio, et paternitas <sup>35</sup> realiter absolute non communicetur Filio, attamen non infert



[p. 197]

ditinctio realis absoluta, sed sufficit juxta adversarios virtualiter distinctio. Ergo pariter licet aliquid simpliciter animalitati quod realiter simpliciter non conveniat rationalitati, inferre non debet distinctio absoluta sed sufficit formalis.

### **<sup>5</sup> Solvuntur argumenta**

**541. Objicies 1<sup>o</sup>.** Inter entis realis et rationis non datur medium, neque inter distinctionem realem et rationis. Probatur consequentia, nam distinctio et identitas est proprietas entis; ergo quale est ens, talis est distinctio, sed ens est reale et rationis, ergo. Respondeo: distingo antecedentem;

<sup>10</sup> reale, id est a parte rei, et ens rationis, id est, a parte intellectus, non datur medium, concedo antecedentem; inter ens reale, id est, quod habet propriam existentiam, et possit separari ab eo, cui inest, et ens per intellectum, nego antecedentem. Et similiter distingo consequentiam. Non datur distinctio media inter realem, prout realis dicitur <sup>15</sup> ea quae est a parte rei, et rationis, ea est quae est per intellectum, concedo consequentiam; prout realis dicitur ea quae est inter rem et rem in sensu praedicto, nego consequentiam. Nam distinctio nostra formalis est quidem a parte rei et independenter ab intellectu, sed non inter rem et rem.

<sup>20</sup> **542. Instabis 1<sup>o</sup>.** Formae a parte rei diversae sunt res et res; sed distinctio ista ideo dicitur formalis, quia est inter diversas a parte rei forma; ergo est inter [res] et res. Respondeo: nego minorem. Nam dicitur formalis, quae est inter formalitates inseparabiles, tum inter se, tum a <sup>25</sup> natura cujus sunt formalitates.

**543. Instabis 2°.** Formalitates

illae sunt ens, ergo sunt res. Patet antecedens, quia non sunt nihil neque non ens. Probatur consequentia: quia res et ens convertuntur. Respondeo: nego antecedentem, ad probationem ejus concedo non esse nihil

<sup>30</sup> neque non ens, sed aliquid entis et entitas et ad consequentiam dico non esse res proprie, quia non habent propriam existentiam, sed sunt realitates et sicut ens et res convertuntur, ita et entitas et realitas.

**544. Instabis 3°.** Formalitas substantiae est

<sup>35</sup> substantia vere et proprie, sed omnis substantia vera et propria est res vere et proprie; ergo omnis substantiae formalitas est res vere et proprie. Respondeo: nego majorem. Est proprie quidem subs-

[p. 198]

tantialis et quidem substantiae, non tamen substantia perfecta et in recto.

**545. Objicies [2°].** Quae habent diversas definitiones distinguuntur realiter; sed illa formalitates habent diversas definitiones, ergo.

Probatur major. Quae habent diversas definitiones habent diversas

<sup>5</sup> essentias, non differunt genere aut specie, sed diversae essentiae distinguuntur realiter; ergo. Respondeo: distinguo majorem. Aliquando ut

cum definite habent proprias existentias et sunt naturae utrumque completa, concedo majorem; semper, ut cum definite sunt entitates inseparabiles et non existents per proprias

<sup>10</sup> existentias, nego majorem, et similiter distincta minorem nego consequentiam. Nam paternitas in Deo habet definitionem diversam a

filiatione, justitia a misericordia, et quoniam specie different, sed imperfect ideo non distinguuntur realiter.

**546. Instabis 1<sup>o</sup>.** Quae distinguuntur

<sup>15</sup> definitione quidditative et specifica, quae distinguuntur specie [et] distinguuntur numero, distinguuntur realissime; ergo distinctio illa est realissima. Respondeo, distinguo antecedentem. Distinguuntur quidditative et specie aliquali atque imperfecta, concedo antecedentem. Distinguuntur specie perfecta et totali, saltem specialiter, nego <sup>20</sup> antecedentem et reliquas partes inductionis: v.g. sapientia et justitia in Deo sunt veritates aliqualiter differentes specie, sed non totali; similiter generatio et spiratio sunt actiones specie differentes et tamen sunt in eadem essentia realiter.

<sup>25</sup> **547. Instabis.** In eadem re esse identitas et distinctio realis seu a parte rei, sed hoc implicati, ergo. Minor patet, idem enim et non idem a parte rei sunt contradictoria; sed distingui et identificari a parte rei importat et non idem a parte rei, ergo. Major vera etiam patet. Nam quae distinguuntur <sup>30</sup> formaliter sunt eadem realiter. Respondeo: distinguo majorem. Si a parte rei seu realiter utrobique sunt eadem sensu sumerentur, concedo majorem. Si diverso sensu, nego majorem. Distinctio formalis est realis, id est a parte rei; sed identitas realis quae stat cum illa non solum est a parte rei et ante intellectum, sed inter res et res.

[p. 199]

**548. Objicies 3<sup>o</sup>.** Ad solvendam contradictionem sufficit distinctio virtualis Thomistarum, ergo. Probatur antecedens. Ideo admittitur ad sol-

vendam contradictionem distinctio formalis, quia facit conceptum diversitatem, hoc ipsum convenit primo virtuali<sup>5</sup> distinctione, ergo. Respondeo: nego antecedentem; ad illum probationem distingo majorem.

Ideo admittitur distinctio formalis ad solvendam contradictionem, quia facit conceptum diversitatem adaequatorum, concedo; inadaequatorum, nego, et distincta est etiam minorem, nego consequentiam.

**549.** Hoc ergo est pal-

<sup>10</sup>mare discrimen inter Thomistarum et Scotistarum sententiam. Inter distinctionem scoticam formalem et virtualem Thomistarum. Nimirum distinctio formalis ita multiplicat conceptus, ut eos adaequatos esse ostendat, atque reipse distinctos. Virtualis autem distinctio conceptus reipsa<sup>15</sup> non distinguit, sed eos si multiplicat, ut sint inadaequati nempe, ut tota eorum distinctio sit figmentum nostri intellectus.

**550. Instabis.** Conceptus ab Scotis-

tis formaliter distincti inadaequati ruit distinctio. Probatur minor. Conceptus illi sunt inadaequati quorum reipse continet virtualiter<sup>20</sup> alterum, sed ita sint nostri conceptus, nempe rationalis continet animalitatem virtualiter: ergo. Probatur minor. Anima rationalis, quae est perfectior animabus aliis vegetante et sentiente, continet eas virtualiter; ergo cum ipsa rationalitas sit animalitate perfectior, debet hanc virtualiter<sup>25</sup> continere. Respondeo: nego minorem. Ad probationem distingo antecedentem. Anima rationalis continet virtualiter alia in ordine physico, transeat antecedentem; in ordine metaphysico, nego antecedentem et consequentiam.

**551.** Itaque anima

<sup>30</sup>rationalis in ordine physico utique virtualiter, alias animis quatenus est unica in homine anima, neque in eo

sunt cogitandae tres distinctas res seu animae. At si velimus ordinem metaphysicum et formalem spectare, omnino falsum est animam rationalem contineri virtualiter alias animas. Tenent etenim Scotistae tria esse in homine praedicta formaliter distincta, nempe rationalitatem, vim sentiendi et principium vegetandi;

[p. 200]

igitur cum rationalitas ad ordinem pertineat metaphysicum et formalem, nequaquam illa continet virtualiter illum.

**552. Objicies 4<sup>o</sup>.** Duae actualiter identificantur in uno tertio, actualiter identificantur inter se, seu non distinguuntur. Sed animal et rationale actualiter identificantur in uno tertio, homine scilicet; ergo non distinguuntur inter se. Respondeo: distinguo majorem. Non distinguuntur actualiter sub ea ratione, quia tertium est indivisibile, concedo majorem; aliter, nego, et distinguo minorem. Identificantur actualiter unum tertium indivisibile realiter et physice, concedo minorem; metaphysice, nego. Ita ad consequentiam non distinguitur realiter quemadmodum est indivisibile tertium, concedo consequentiam; formaliter quemadmodum non est indivisibile tertium, nego. Ex identitate extremorum cum tertio solum infertur eadem identitas extremorum, quam habet tertium inter se. Cum ergo homo habeat indivisibilitatem realem et non formalem, ideo animal et rationale identificantur in illo, et cum illo realiter, non vero formaliter.

**553. Objicies 5<sup>o</sup>.** Si animal distingueretur formaliter rationali, haec propositio “homo est formaliter animal” esse falsa; sed hoc est

falsum, ergo. Major probatur: praedicatio significant identitatem<sup>20</sup> cum subjecto; ergo quae non sunt idem a parte rei nequeunt praedicari. Respondeo: distingo majorem; esse falsa si per illam affirmetur identitas formalis, concedo majorem; esse falsa si alia identitas affirmetur non opposita distinctioni formali, nego majorem. Etsi ad reliqua ut bene intelligitur respondeo: <sup>25</sup> praemitto quod identitas et distinctio formalis non recte cognoscuntur in praedicationibus in concreto, sed in abstracto, nam homo in abstracto pure significant suam essentiam formalem, verum in concreto praedicato est mere materialis, et non ratione sui sed subjecti, sicut est haec: “album<sup>30</sup> est dulce”.

**554.** Duplex enim est identitas formalis. Prima, illa dicuntur formaliter idem quae convenient in eadem con-

[p. 201]

ceptibilitate aur ratione objectiva, sicut et contra ea distinguuntur formaliter quae habent distinctas conceptibilitates. Secundo, illud dicitur formaliter idem cum alio qui includi in conceptu illius, et hoc sensu superius dicitur formaliter idem cum inferiori quia est de integritate conceptus formalis illius. Unde propositio haec “Homo est formaliter animal” est vera in secundo sensu, et non in primo, quia ratio formalis constitutive hominis non est ratio formalis constitutiva animalis, quamvis animal sit de<sup>10</sup> conceptu hominis.

**555. Objicies denique.** Animal hominis est formaliter rationale hominis, ergo animal hominis non

distinguitur formaliter a rationali hominis. Probatur antecedens. Animal hominis est essentialiter animal hominis; ergo est<sup>15</sup> essentialiter rationalis hominis. Consequentia probatur. ideo animal hominis est essentialiter animal hominis, quia per suam essentiam identificatur cum ipso; sed animal hominis per suam essentiam identificat cum rationale, ergo **animal hominis per suam essentiam identificatur cum**<sup>20</sup> **rationale formaliter**. Probatur minor. Animal hominis ratione sui et suis est ipsa sua essentia cum rationali. Ergo animal hominis per suam essentiam identificantur animal rationali formaliter. Antecedens est certum, alioquin dicat scotista ratione cujus animal hominis est<sup>25</sup> realiter rationali hominis. Haec ratio urgetur: animal hominis non distinguuntur essentialiter ab illo quod petit essentialiter esse, sed animal hominis petit essentialiter esse rationale; ergo non distinguuntur essentialiter a rationali.

**556.** Ad argumentum respondeo negando antecedentem, ad cujus probationem<sup>30</sup> distingo antecedentem. Animal hominis est essentialiter animal hominis, id est dicit ex suo conceptu formali esse animal hominis, nego antecedentem; id est cons-

[p. 202]

tituit simul rationali essentiam hominis, concedo antecedentem; ad cujus probationem nego antecedentem. Etenim licet animal constituat simul cum rationali essentiam hominis, nihilominus non habet ex suo conceptu formali esse animal hominis,<sup>5</sup> quia quantum est ex se et ex suo conceptu formali non repugnat esse animal equi propter indifferentiam negativam, quam dicit ad suas species; nec animal hominis

per suam essentiam identificatur realiter cum rationali siquidem cum illo identificatur ratione terti sui hominis,<sup>10</sup> a quo si animal et rationale abstraherentur non amplius identificarentur. Ad urgentiam dicimus quod ut animal sit animal hominis non requiritur quod ex suo conceptu formali dicat rationalitatem, sed sufficit quod illam dicat identice seu realiter.

<sup>15</sup> DISPUTATIO SECUNDA. DE UNIVERSALIBUS

**Articulus doctrinalis**

**557.** Voc “universale” significat unum quid multa repiciens. Aliud est complexum, aliud incomplexum. Universale complexum est propositio<sup>20</sup> ex qua plures alias inferuntur, ut “omne totum est major sua parte”, vel qua notatur signo aliquo universalis: ut “omnis homo est animal”. universale incomplexum est vox seu terminum significans aliquid commune multis, ut “homo”, “animal”.

<sup>25</sup> **558.** Incomplexum

quadruplex est, scilicet in essendo, in causando, in praedicando et in repraesentando; universale in essendo est unum quid aptum inesse multis, ut humanitas quae est in Petro et Paulo, etc. Universale in praedicando est unum quod<sup>30</sup> aptum praedicari de multis, ut “homo” quae praedicatur de



[p. 203]

Petro et Paulo, etc. In causando est unum quod potest causare multos effectus, ut Deo, qui anima producit, sol qui concurrat ad omnes productiones terrenas. In repraesentando seu significando, est vox multa significans, ut “canis”,<sup>5</sup> qui significat animal domesticum, marinum et sidus.

**559.** Universale in essendo dicitur metaphysice universale in praedicando, dicitur logicum, de his duobus hic agimus quibus metaphysice consideret essentias in communi et abstractu. Logicus vero considerat modos, quibus possunt<sup>10</sup> de se invicem, aut de inferioribus praedicare in ordine ad conficiendas bonas propositiones, divisiones, et argumentationes.

**560.** Universale ut sic, et prout de illo hic agimus est unum aliud aptum inesse et praedicari de multis univoce.<sup>15</sup> Dicitur primo aliquid loco generis nam per id convenit cum omnibus entibus realibus, seu non chimaericis. Dicitur unum non compositum aut aggregatum ex pluribus entibus diversorum praedicamentorum. Dicitur tertio aptum inesse multis et quidem cum multiplici-<sup>20</sup>tate reali. Et praedicare, quia hoc ipso quod animal inest multis et singulis praedicari potest. Dicitur univoce quia natura quae dicitur universalis debet participare ab his quibus est communis secundum eandem rationem.

<sup>25</sup> **561.** Hinc colliges quatuor conditiones requiri ad verum universale. 1<sup>a</sup> ut sit aliquid positivum et non fictum; 2<sup>a</sup> ut illud

aliquid sit etiam aliquid unum, quid reperiatur in illis respectu quorum dicitur universali; 3<sup>a</sup> <sup>30</sup> ut illud aliquid unum sit aptum inesse multis feui sui divisione et multiplicatione, ut homo qui inest Petro, Paulo, qui sunt duo homines realiter et numerice; 4<sup>a</sup> ut sit proxime

[p. 204]

aptum praedicari de multis et hoc est speciale pro universali logico. Universale igitur est nomen conceptum dicens pro materiali naturam aliquam substractam universalitati, pro formali vero universalitatem seu unitatem illam secundum quam respicit multa aptu vel aptitudine.

QUAESTIO I. AN DETUR  
UNIVERSALE?

**562.** Sensus quaestionis est an detur aliqua natura <sup>10</sup> quae sit una in se, tamen ad plura respiciat, et in pluribus reperiatur, et de illis praedicetur. Quidam existimant dari de facto naturas quasdam universales realiter existentes extra singularia, quae sint velut ideae, et <sup>15</sup> exemplaria ad instar suarum naturae singulares efformantur, et ideo vocantur ideae; et quidem Platonis quia haec opinio tribuitur Platoni ab Aristotele, sed immerito ut placet caeteris omnibus Philosophis.

**563.** Alii putaverunt non dari universale praeter

<sup>20</sup> voces quasdam aut conceptus formales, qui pluribus convenire possunt non vero naturas seu res ullas, v.g. homo non aliter convenit Petro, Paulo, Joanni, qua penes vocem seu nomen, aut ad summum penes conceptum <sup>25</sup>formalem quam habeo de illo; qui conceptus vocamus propterea Nominales, et quorum princeps fuit noster Guillelmus de Ockham, Scoti discipulus, et adhuc hodie multi recentiorum. Alii tamen dari naturas <sup>30</sup>vero communis et pluribus in existentes cum vero aliqua unitate.

**564. Conclusio prima.**

[p. 205]

Non dantur naturas comunes realiter existentes extra singularia, seu non dantur ideae Platonis ita comunia. Probatur primo quia tales naturas seu ideae sunt aeternae vel temporales, seu increatae vel creatae; <sup>5</sup>sed neutrum dici potest, ergo non sunt admittendae. Probatur minor: si essent aeternae et extra Deum admitterentur quaedam entia realia et universalia et aeterna extra Deum, quod est contra fidem et denuntiatur in Concilio Constantiniensi contra Joannem Hus, quatenus idem sequitur <sup>10</sup>aliquid reale esse ab aeterno quod nec est Deus nec creatura. Item et ab Innocentio III contra Amalricum dicentem primordiales rerum causas quae vocantur ideae creare et creari.

**565.** Probatur secundo. Natura uni-  
<sup>15</sup>versalis quae tractamus sunt essentiae rerum  
singularium, v.g. natura humana quae dicitur univer-  
salis et natura Petri et Pauli, etc.; sed essentiam rerum  
nequeunt separari a rebus, ergo non dantur illae uni-  
versales naturae separatas. Probatur minor, quia  
<sup>20</sup>idem nequit separari a seipsa, ergo essentia  
nequit separari a re cuius est; est enim ipsa res.

**566.** Probatur tertio. Naturae quae denominantur uni-  
versales debent praedicari de suis singularibus,  
sed natura separata non potest sic praedicari, ergo non  
<sup>25</sup>est vere universalis. Major patet ex definitione univer-  
sali. Probatur minor. Quia quidquid praedicatur de alio debet  
esse illi identificatum, aut inexistens, sed natura separata  
a singularibus nec illis identificatur.

**567.** Probatur quarto, quia illae  
<sup>30</sup>naturae vel sunt creatae vel increatae; si primum ergo sit Deus  
ipse, nihil enim increatum nisi Deus. Creatura  
ergo per rationem realem et singularem, ergo et ipsae  
sunt singulares.

[p. 206]

**568. Objicies 1<sup>o</sup>.** Quod uniter singularibus est corruptibile, sed  
naturae universales sunt incorruptibiles. Ergo non exis-  
tunt in singularibus, sed separate. Respondeo: distinguo majorem; est  
corruptibile quoad existentiam [concedo], quoad essentiam nego  
<sup>5</sup>majorem et de eodem modo distinguo minorem, nego consequentiam. **Instabis**  
**1<sup>o</sup>:** corruptibile et incorruptibile sunt separata, sed essentiae  
sunt incorruptibiles et singularia sunt corruptibilia,

ergo essentiae et singularia sunt separata. Respondeo: distingo majorem; corruptibile secundum existentiam et incorruptibile secundum<sup>10</sup> essentiam, concedo majorem. Corruptibile quoad existentiam et incorruptibile secundum essentiam, nego majorem.

**569. Instabis 2°.** Inte-

llectus ita concipit naturam universalem, v.g. humanitatem, ac si esset realiter distincta a singularibus;<sup>15</sup> ergo vel fallitur sic concipiendo, et sic universale est purum ens rationis, vel ita res habet. Respondeo: distingo consequentiam; fallitur si affirmet illam distinctionem realem, concedo consequentiam, sic autem id fit intellectus concipit humanitatem, si tantum sic concipiat naturam humanam<sup>20</sup> quae dicitur universalis non considerando singularia et absque affirmatione separationis, nego consequentiam. Sic autem id fit si concipiat naturam humanam intellectus secundum praedicata sua essentialia, scilicet prout est animal rationale, secundo quae praedicata reperitur eadem<sup>25</sup> in Petro et in Paulo et caeteris, non considerantis petri-tate, paulitateque et caeteris, uno verbo differentiis individualibus quibus realiter identificantur et multiplicantur, sed non asserit ullam separationem dictae naturae ab illis.

<sup>30</sup> **570. Objicies [2°].** Si universalis natura existeret in singularibus, redderet illas universales sicut albedo reddit subjecta sua alba; sed falsum est consequens, ergo. Respondeo: nego consequentiam, quia natura quae denominatur universalis est in singularibus veluti natura superior in inferioribus,<sup>35</sup> non vero ut accidens vel forma in subjecto; et universalis convenit illis, ut supponit simpliciter, non vero personaliter, unde non ipsa reddit universalialia, sed

[p. 207]

ab eis multiplicatur, et fit singularis.

**571. Objicies 3<sup>o</sup>.** Nisi naturae universales existerent realiter non daretur de illis scientia; consequens falso, ergo et antecedens. Probatur major, quia scientia<sup>5</sup> non est nisi de objecto immutabili et incorruptibili ab aeterno, sed singularitas nature non sunt tales, ergo non daretur de illis scientia. Respondeo: nego sequelam majoris et distinguo majorem probationem; scientia est de objecto immutabili et quoad essentiam, sed quoad connexionem necessariam praedicati cum subjecto, concedo majorem; quoad existentiam, nego majorem et consequentiam. Tales ergo sunt naturae omnes quas diximus existere in singularibus, sunt immutabiles quoad essentiam, non quoad existentiam, et secundum existentiam non sunt objectum scientiae.

<sup>15</sup> **572. Sit 2<sup>a</sup> Conclusio.**

Dantur de objecto et a parte rei, naturae quae vere et absque dictione denominantur universales, non solum quo ad vocem et formaliter, sed etiam in essendo. Est communis Scotistarum et Thomistarum contra Nominales.<sup>20</sup> Probatur primo contra Heraclitum, quia dantur scientiae; alioquin non esse in homine tam ardens desiderio sciendi, sed scientiae non sunt nisi de universalibus, ergo dantur universalia. Probatur minor. Scientiae sunt de rebus necessariis et immutabilibus, sed universalia sunt sola immutabilia et necessaria<sup>25</sup> saltem quoad essentialia, ergo scientiae non sunt nisi de universalibus. Probatur secundo, per naturas universales in essendo intelligitur tantum naturas communes per quas individua a parte rei conveniuntur, et similia sunt; sed

evidens est dari tales naturas, ergo dantur vere universalia<sup>30</sup> in essendo. Probatur minor. Evidens<sup>40</sup> est, quod nullo intellectu cogitante Petrus et Paulus conveniunt in humanitate et Petrus et Bucephalus in animalitate; ergo evidens est dari naturas a parte rei in quibus singularia conveniunt.

<sup>35</sup> **573.** Probatur tertio, contra Nominales. Quando dicitur “Petrus est homo” haec propositio est vera et for-

[p. 208]

malis significat enim quod habet humanitate, sed non est vera nec formalis de voce, nec de conceptu formali, sed de objecto et re per nomen significantis; ergo homo non dicitur universale nec praedicatur de Petro

<sup>5</sup> penes vocem solam, nec penes conceptum formalem, sed penes rem significatam, seu conceptum objectivum. Probatur minor: falsum est quod Petrus a parte rei sit vox et conceptus formalis; ergo idem est quando dicitur homo esse substantia. Nam hoc praeeptum substantia non convenit voci nec conceptui<sup>10</sup> formali, sed res seu naturae realis hominis; ergo substantia non denominatur universalis quoad vocem vel conceptum formalem, sed quoad conceptum objectivum seu quoad naturam ipsam realem.

**574.** Confirmatur,  
quia cum dicitur Deus factus homo non est verum de voce<sup>15</sup>  
nec de conceptu formali hominis, sed de natura humana

<sup>40</sup> Original *Non evidens*, obvio error del copista.

quae significatur per illam vocem et repraesentatur per conceptum formalem; ergo idem est cum dicitur “Petrus est homo”, “Paulus est homo”. Confirmatur secundo, quia cum dicitur “homo est animal rationale” non definitur vox nec aliquid<sup>20</sup> singulare quia de vocibus non datur scientia, nec de singularibus, et haec non definiuntur nec pluribus insunt, sed definitio illa et definitum pluribus inest, scilicet Petrus et Paulo; ergo.

### Solvuntur argumenta

<sup>25</sup> **575. instabis 1<sup>o</sup>.** Quidquid est in rerum natura est singulare, ergo nullum datur universale in rerum natura. Probatur antecedens: quidquid est in rerum natura excepto Deo, est in certo loco et tempore. Sed quidquid est in certo loco et tempore est singulare, ergo. Respondeo: distingo antecedentem; est<sup>30</sup> singulare vel singularibus existens realiter et absolute, concedo; est singulare formaliter et adaequate secundum formalitates omnes, nego antecedentem et consequentiam. Idem ad probationem: Petrus est singularis per petreitatem, non per animalitatem

[p. 209]

nec per rationalitatem, saltem formaliter; similiter universalis sunt in loco et tempore per singularia quibus identificantur.

**576. Instabis.** [Si] Singularia essent universalis, Petrus v.g.<sup>5</sup> diceretur universalis. Haberet enim sibi identificatam naturam universalem, vel simul esset universalis et particularis; consequens falsum est, ergo. Respondeo: distingo sequelam;



diceretur universalis in aliquo sensu, concedo sequelam; major absolute et simpliciter, nego. Nam absolute et simpliciter<sup>10</sup> esset singularis et individuum naturae humanae consideratus autem ut homo praecisse non esset singularis, sed importat aliquid commune et fundamentaliter universale, quia homo est idem cum Petro, Paulo, identitatem seu unitatem naturae quae dicitur formalis.

<sup>15</sup> **577. Objicies 2<sup>o</sup>.** Sequeretur Petrum esse identificatum cum Paulo, sed hoc est falsum; ergo est falsum de illis humanitatem praedicari, et esse illis communem nisi quoad vocem, aut conceptum formalem. Probatur major. Quae sunt eadem cum tertio sunt eadem inter se; sed Petrus et Paulus<sup>20</sup> essent idem uni tertio, scilicet in natura, ergo inter se. Respondeo: nego majorem et distingo majorem probationis; primo si illud tertium sit incommunicabile, concedo majorem; si sit communicabile, nego majorem et consequentiam. Nam humanitas in qua conveniunt Petrus et Paulus est communicabilis et quidem cum<sup>25</sup> sui multiplicatione.

**278.** Secundo sic: sunt eadem inter se eadem identitate quam habent in illo tertio et quia non conveniunt nisi in unitate quadam formali, non autem numerica et reali, ideo inter se sunt idem formaliter,<sup>30</sup> non numerice, scilicet conveniunt in essentia, habent eandem humanitatem formaliter seu essentialiter sumptam.

## QUAESTIO II.

UTRUM ADMITTENDAE SINT NATURAE IN QUIBUS DE FACTO<sup>35</sup> DENTUR UNITAS FORMALIS

**579.** Ante conclusionem nostram advertendum primo, uni-

tatem esse in quo res aliqua habet, quod si indivisa in se et divisa ab alio quolibet, quod non est ipsa, v.g. unitas

[p. 210]

Petri consistit in eo quod habet quod non sit divisus in se et quod sit divisus a Paulo caeterique hominibus. Duplex est unitas, numerica una, formalis altera. Numerica, quae etiam realis dicitur est qua res sic in se colligitur et ab aliis dividitur<sup>5</sup> ut sit omnino singularis et individua et faciat cum aliis humanorum, idem vocantur singularitas materialis et numerica. Formalis vero ea est quae competit alicui rei ratione essentiae suae, seu naturae et dicitur formalis quia essentia cuiusque rei est forma eius et secundum hanc<sup>10</sup> definitionem illa omnia dicuntur unum formaliter quae convenient in essentia et distincta seu pluraliter quae non conveniunt in essentia. Sic Petrus et Paulus sunt duo individualiter et singulariter quod distinguuntur per principia singularitatis, quia vero idem Petrus et Paulus<sup>15</sup> conveniunt in essentia seu humanitate. Uterque enim est homo, ideo dicuntur unum formaliter, et ideo illa unitas dicitur a Scoto unitas formalis, minor unitate numerica, quia stat cum multitudine numerica.

**580.** Advertendo secundo, unitatem<sup>20</sup> formalem, aliam dici specificam, aliam genericam. Unitas formalis specifica est negatio divisionis seu distinctionis in tota essentia, v.g. Petrus et Paulus sunt unum unitate specifica quia non distinguuntur sed tantum penes individualitatem seu petreitatem et<sup>25</sup> pauleitatem, quae non sunt entitas. Unitas formalis

generica est negatio divisionis, penes entitatis seu praedicata partialia et universaliora, v.g. Petrus et Bucephalus sunt unum formaliter unitate generica, scilicet ratione substantialitatis, aut corporeitatis, aut <sup>30</sup> animalitatis. Differunt vero specie et sunt duae species diversissime. His positis, quaeritur an unitas formalis quae tribuitur cuilibet naturae quae dicitur universalis conveniat illi a parte rei et secundum se, an vero per attributionem intellectus. Sit

<sup>35</sup> **581. Conclusio.**

Unitas formalis requisita ad universalitatem

[p. 211]

convenit naturae a parte rei et independenter ab intellectu; ommissa auctoritate Nostri Doctoris Scoti, probatur primo, ratione ejusdem unitas naturae in Petro et Paulo, v.g. secundum quam dicitur universalis non est ficta per intellectum, ergo est realis et <sup>5</sup> independentis ab intellectu. Probatur antecedens. Quia propter illam unitatem humanitas de illis vere praedicatur per modum unius, sed si esset ficta non posset praedicari vere per modum unius, ergo non est ficta. Probatur minor. Si albedo non esset in pariete nisi per fictionem, non praedicaretur vere de pariete; ergo idem est de homine, scilicet <sup>10</sup> non posset de Petro et Paulo praedicari in una specie, si talis non esset nisi per fictionem.

**582.** Non valet dicere quod licet illa

unitas non sit ficta attamen inest per actum intellectui qui abstrahit illam a singularibus, cum concipit illam absque

<sup>15</sup> petreitatem et paulitatem, quae sunt differentiae ejus individua-

les. Non inquam valet, nam intellectus non habet vim productive nullius entitatis realis in objecto suo, quia sicut intellectus cognoscendo Petrum et Paulum, ut singularia, non producit nec causat in eis singularitatem, nec quidquid<sup>20</sup> aliquid reale, ita neque dum concipit illos sub una natura et sic unitas illa [non] est ficta. Probatur secundo conclusio, contra eos qui dicent eam unitatem esse ab intellectu praescindente quatenus considerat naturas, v.g. humanitatem, non consideratis singulis singularitatibus. Nam illa humanitas, sic considerata,<sup>25</sup> vel est una apta sic esse in multis, vel non. Si non est, ergo non redditur apta ad universalitatem. Si est, ergo sed non habet ab intellectu, sed ex se. Probatur haec consequentia. Nam sic intellectus nihil dat naturae praeter illam separationem per intellectum; ergo si in tali statu praecisionis habet unitatem<sup>30</sup> in multis, aut aptam inesse multis illam habet ab unde, et per consequens.

**583. Objicies.** Omnis distinctio realis tollit unitatem, sed omnis natura est a parte rei divisa ab suis inferioribus, v.g. humanitas in Petro et Paulo et animalitas<sup>35</sup> in homine et equo, ergo omnis natura a parte rei est multiplex; ergo nullam unitatem habet a parte rei. Respondeo: distinguo majorem; omnis divisio realis tollit unitatem realem

[p. 212]

sibi oppositam, concedo majorem; non oppositam sed compatibilem, nego majorem et distinguo minorem. Omnis natura est realiter multiplex et diversa multiplicatione numerica, concedo [minorem]<sup>41</sup>, formaliter,

<sup>41</sup> Original *majorem*, evidente error del copista.

nego minorem et consequentiam. Nam multiplicitas numerica non  
<sup>5</sup> opponitur unitati formali et divisio specifica unitatati  
 generica, sed stant simul.

**584. Sit 2<sup>a</sup> Conclusio.**

Unitas per quam natura dicitur universalis et quam habet  
 in inferioribus non est nec aliquid positivum, nec privatio,  
<sup>10</sup> nec negatio, nec indifferentia ad pluralitatem. Pro intel-  
 ligenda conclusionem noto quod aliqui putant uni-  
 tatem quam habet natura aliqua communis et per quam  
 dicitur universale esse in omnibus inferioribus positive et  
 formaliter eandem soloque numero vel specie multiplicatam,  
<sup>15</sup> ideo hanc unitatem vocant formalem positivam et ex  
 vi hujus sequitur quod Petus et Paulus sunt formaliter idem homo  
 et numerice duo. Alii putant illam unitatem esse tantum  
 privativam, quatenus per adventum singularis privatur  
 aliqua unitate positiva quam ex se deberet aut posset ha-  
<sup>20</sup> bere, adeo ut per illas differentias: v.g. per Petreitatem  
 aut Pauleitatem humanitas reddatur quidem multiplex  
 et divisa, remanet tamen una privativa, quia priva-  
 tur unitate sibi debita. Alii denique vocant unitatem  
 indifferentem seu negativam, quia natura  
<sup>25</sup> humana, v.g. licet sit singularis Petro considerataque cum petrei-  
 tate, tamen de se praecise non est magis determinada ad  
 petreitatem aut pauleitatem quam ad quovis aliud  
 individuum humanum.

**585.** Quantum ad mentem Doctoris sin-  
<sup>30</sup> guli auctoris trium illarum opinionum ponantur  
 illum habere in suas partes sed immerito, quia nun-  
 quam somniavit attribuere naturis unitatem, nec  
 positivam, nec privativam, bene vero indifferentem  
 modo explicito scilicet quod natura materialis

<sup>35</sup> de se non importat nisi praedicata sua essentialia  
per quae est talis vel talis natura essentialiter.

[p. 213]

His positis, probatur prima pars: si humanitas, v.g. esset positive eadem in Petro et Paulo, et caeteris individuis humanis, 1<sup>o</sup>. illa quae est in Petro et Paulo posset praedicari vere formaliterque sicut divinitas Patris praedicatur de Filio, et vicissim. [2<sup>o</sup>.]<sup>42</sup> natura positive et realiter eadem esset existens et non existens, vivens et mortua, esset vivens in Petro et mortua in Paulo. 3<sup>o</sup>. eadem positive et realiter esset humanitas Christi et Judae. 4<sup>o</sup>. non potest Deus anihilare unum hominem quin omnes anihilarentur. 5<sup>o</sup>. nec creare secundum<sup>10</sup> naturam, haec et similia absurda sequeretur. Probatur.

**586.** Nam primo quia divinitas Patris est realiter positive eadem in Filio, ideo eadem praedicatur de Patre et Filio, ergo cum in hac opinione humanitas esset realiter et positive eadem in Petro et Paulo<sup>15</sup> posset de uniusque ac omnibus praedicari eadem positive; idem sequitur consequentiam de aliis exemplis.

**587.** Probatur secundo, implicat naturaliter eandem, ergo creatam indivisam esse in pluribus individuis divisis et distinctis; sed hoc fieret si humanitas, v.g. esset eadem realiter positive in Petro et Paulo, ergo implicat illa unitas positiva realis naturae in suis individuis. Major ex ea patet, quod in peculiare sit naturae

<sup>42</sup> Original *tertio*.

divisa.

**588.** Nec obstat dicere non esse eandem entitatem, nam<sup>25</sup> natura est indivisa formaliter et divisa numerice et individualiter. Non obstat quia per adversarios humanitas quae est in Petro et Paulo est eodem modo indivisa in se realiter ac si non esset divisa in illis; ergo non magis multiplicatur per singularitates quam si non adve-<sup>30</sup>niret. Probatur consequentia, ideo paries non multiplicatur sub albedine aut nigredine quia sub utraque est idem in entitate, sed per adversaries humanitas quae est eadem in entitate et realiter sub petreitate et pauleitate, ergo sub illis non multiplicatur realiter.

<sup>35</sup>**589.** Probatur tertio. Quae sunt identica realiter nequeunt separari nec unum

[p. 214]

existere sine alio; sed humanitas quae existit in Petro potest existere sine humanitate Pauli, ergo non esse eadem realiter et positive. Major patet: idem non potest separari a se ipsa et separatio est certissimum signum distinctionis. Probatur minor: quia si illae humanitatis non possent separari moriente Paulo, non moreretur nisi pauleitas, quae separaretur a sua natura, quod est absurdissimum, ergo. Probatur consequentiam, quia tota humanitas conservaretur et viveret in Petro. Probatur secunda pars conclusionis

**590.** Quia humanitate, quae est in Petro et illa, quae est in Paulo, non debetur alia unitas quam ea, quam habent de facto, ergo non privatur

illa unitate debita per inexistenciam in singularibus. Consequentia est bona, nam unitas privativa consistit in privatione unitas debita. Probatur antecedens: nam illa unitas qua pri-<sup>15</sup>varentur esset vel essentialis vel proprietas, sed non privantur nec ullo essentiali nec ulla proprietate, ergo. Probatur minor, quia essentialia et proprietatis rei qualis est unitas sunt inseparabilis a re, ergo non possunt separari, sunt enim identificatae realiter rei cuius<sup>20</sup> sunt.

**591.** Probatur tertia pars, quia quod humanitas Petri, v.g. praecisa petreitate et de se sit indifferens ad esse in Petro et Paulo, non facit quod possit communicari pluribus copulative; ergo illa unitas ad universalitatem. Consequentia supponitur, quia natura<sup>25</sup> quae dicitur vere universalis debet posse inesse multis, de illis praedicari, nam disjunctive, v.g. de hoc vel de illo, de Petro vel de Paulo, v.g. licet humanitas, v.g. secundum se et sua essentialia praedicata non sint haec vel illa, nec Petri nec Pauli, non sequitur quod habeat unitatem vere uni-<sup>30</sup>versalem, quia non potest esse nisi in una vel altera singularitate.

**592.** Probatur secundo ratione Scoti. Nam natura communis secundum se et sua praedicata essentialia non includit universalitatem nec singularitatem;<sup>35</sup> humanitas v.g. est tantum humanitas, equinitas est tantum equinitas, ergo non habet unitatem universalem nec singularem.

[p. 215]

lem nec singularem.



### **Argumenta solvuntur**

**593. Objicies 1<sup>o</sup>** contra primam conclusionem partem: Petrus et Paulus secundum praedicata essentialia non distinguuntur realiter; <sup>5</sup> ergo realiter sunt idem in essentia et quidem positive. Patet consequentia. Nam distinctio realis est opposita unitati, et qualis est indistinctio, talis est unitas. Probatur antecedens: “non distingui”: habent eandem definitionem, ergo [non] distinguuntur essentialiter. Respondeo: <sup>10</sup> distingo antecedentem; non distinguuntur, id est, non different sed habent naturas similes, concedo antecedentem; non sunt realiter divisi et distincti, seu non sunt duae realiter humanitates, nego. Idem est de definitione. Nam definitions objectivae sunt realiter distinctae, formales vero non, quatenus <sup>15</sup> per eadem potest repraesentari humanitas Pauli et Petri, propter similitudinem objectivarum definitionum naturarum utriusque.

**594. Instabis.** Non minus Petrus et Paulus sunt similes in individualitatibus quam in humanitatibus; <sup>20</sup> ergo si propter similitudinem in humanitatibus possunt dici unum essentia et definiri una definitione ita et propter similitudinem in individualitatibus, possunt dici unum numero. Respondeo primo retorquendo argumento; quia si Petrus et Paulus tam similes sunt in individualitatibus quam in essentia, <sup>25</sup> tam habent unitatem realem singularem quam formalem; sed hoc est contra adversarios, et quod dicent pro disparitate ex parte individualitatum dicemus pro essentiis. Respondeo secundo: nego consequentiam. Nam propter similitudinem inter individua requiritur individuo reale <sup>30</sup> ad unitatem realem, ad unitatem vero formalem sufficit similitudo in essentialibus praedicatis, nec illis obstat divisio realis.

**595. Objicies 2º.** Humanitas Petri praecise a petreitate a qua distinguitur formaliter non est distincta

[p. 216]

positive ab humanitate [Pauli]<sup>43</sup> similiter praecisa, ergo habet unitatem positive cum illa. Probatur antecedens. Nam si essent distinctae inter se, egerent differentiis essentialibus, scilicet petreitate et pauleitate distinguuntur numerice; sed hoc est falsum<sup>5</sup> et contra Doctorem, ergo falsum est ea distingui aliter quam per individualitas. Probatur major. Nam totum munus individualitatis est facere ut duae naturae similiter sint distinctae positive et realiter duae, ergo si naturae sint jam ex se distinctae positive superflua erit individualitas.

<sup>10</sup> **596.** Respondeo: nego antecedentem; est enim entitative non diversa, sed similia, seu potius nec est distincta, nec indistincta, sed ut verbis Doctoris utar, in illa praecisione humanitas est tantum humanitas et nihil aliud praescindit ab omni distinctione<sup>15</sup> et identitate; non enim importat nisi sua praedicata essentialia [animalitas] et rationalitas, et sic patet ad secundum et tertium argumentum.

**597. Instabis 1º.** De quacumque re formaliter potest dici quod sit [una] cum alia vel ab ea distincta, nam<sup>20</sup> inter esse unum et non esse unum, sed esse distinctum non datur medium; ergo humanitate Petri prout distincta formaliter a petreitate vel est una cum humanitate Pauli vel distincta

<sup>43</sup> Original *Petri*, confusión del copista.

positive. Respondeo: distingo antecedentem; simpliciter et absolute loquendo et a parte rei, concedo antecedentem; praecise et formaliter, seu ex<sup>25</sup> sua ratione formali, prout consideratur secundum sua praedicata essentialia tantum, nego et consequentiam. Humanitas enim Petri a parte rei et simpliciter et absolute est distincta ab humanitate Pauli realiter et positive, sed secundum se formaliter et positive vel praecise est tantum hu-<sup>30</sup>manitas, ut ducebam cum Duns Scoto.

**598. Instabis 2°.** Si humanitas quae in Respuesta prout praescindit petreitate a parte rei et absolute est distincta ab ea quae est in Paulo, illae humanitatem erant duae species distinctae; sed hoc est fal-<sup>35</sup>sum, ergo est una. Respondeo: nego suppositum majoris. Nam supponit quod humanitas Petri praecise a petreitate et spectata formaliter secundum praedicata sua

[p. 217]

essentialia sit distincta aut una positive quod diximus esse falsum. Nam sic non est aliud quam animal rationale aut ad summum est una negative, seu nec una nec distincta positive.

<sup>5</sup>**599. Instabis 4°.** “Homo” dicitur univoce de Petro et Paulo, ergo humanitas per illud nomen significata est eadem in utroque. Univoca enim sunt quarum nomen est commune et ratio significata est omnino eadem. Respondeo: nego consequentiam et distingo rationem ejus. Ratio significata est eadem identitate uni-<sup>10</sup>tate similitudinis, concedo consequentiam; unitate rationali positiva et indivisionis, nego consequentiam. Talis est autem unitas hu-

manitatis Petri et Pauli, scilicet unitas similitudinis  
ut mox docemus.

**600. Objicies** contra tertiam partem. Naturam secundum<sup>15</sup> se considerata et praecise a singularibus non est singularis, ergo est universalis. Patet consequentia, quia inter singulare et universale non datur medium. Respondeo: nego consequentiam, quia secundum se considerata est talis natura et nihil aliud, v.g. humanitas est humanitas, est indifferens inter uni-<sup>20</sup>versalitatem et singularitatem et illa indifferentia dici potest media inter illas.

**601. Sit 3<sup>a</sup> Conclusio.**

Unitas formalis realiter in qua fundatur universalitas nihil aliud videtur esse quam unitas similitudinis<sup>25</sup> per quam naturae omnes singulares sunt repraesentabiles, eodem concepto, qui omnibus convenire potest. Est conformis Scoto, sed dissentunt plurimi scotistae. Probatur. Subtilis Doctor admittit in naturis singularibus aliquam unitatem a parte rei minor<sup>30</sup>em unitatem numericam quam vocat formalem, quamque retinet in individuis, sed non apparet quod naturae retineant in suis individuis illam unitatem quam similitudinis sensu explicato, ergo. Probatur minor: si haberent aliam unitatem maxime

[p. 218]

positivam, ut volunt aliqui, aut privativam, ut volunt alii, sed natura est vera ex mente Scoti, ergo. Probatur minor, quia ex Scoto tota unitas quae competit naturae

alicui communi ex natura rei est unitas indifferentiae,  
<sup>5</sup> ergo non est unitas positiva, ergo non potest melius intelligi quam  
de unitate similitudinis.

**602.** Confirmatur, quia licet humanitas quae est in Petri considerata secundum se praecise sit indifferentis ad petreitatem et pauleitatem, non sequitur quod sit una realiter cum humanitate quae est in<sup>44</sup> Paulo, aliter quam per similitudinem seu repraesentabilitatem, nec per consequens quod possit praedicari de Paulo nisi quantum ad similitudinem; ergo non alia quam similitudinis, seu repraesentabilitatis.

#### <sup>15</sup> Satisfit argumenta

**603 [Objicies 1<sup>o</sup>]** Similitudo fundatur in unitate; sed Petrus et Paulus sunt similes in natura, ergo habent aliquam unitatem naturae quae prior est quam similitudinis. Ergo datur aliqua unitas formalis a parte rei, quam similitudinis. Respondeo: <sup>20</sup> totam unitatem quae potest imaginari inter Petrum et Paulum in naturam quae praecedat similitudinem nihil esse posse praeter repraesentabilitatem per eandem speciem conceptus formalem, ita ut ea dicantur similia et una in natura quorum natura est repraesentabilis per eandem specie sive conceptum formalem.<sup>25</sup>

**604. Objicies 2<sup>o</sup>.** Unitas formalis quam assertit Scotus comparare naturae secundum se et quae facit ad universalitatem, facit ut natura possit praedicari <sup>30</sup> de suis inferioribus praedicatione dicente “hoc est hoc”; sed uni-

<sup>44</sup> Original *Petro et Paulo*, pero no hace sentido.

tas illa similitudinis non sufficit ad hanc praedicationem [...] ergo est alia. Respondeo: distinguo majorem; debet posse praedicari, etc. ita ut illamet quae concipitur objective sit positive eadem vel alia plane similis et re-<sup>35</sup>praesentabilis eodem conceptu vel specie, concedo majorem; ita ut debet esse eadem positive in illis plurimis

[p. 219]

nego majorem et distincta minorem nego consequentiam. Nec enim requiritur ut illamet natura quae praedicatur de plurimis sit de facto in illius plurimis de quibus praedicatur, sufficit quod insit per aliquid omnino simile in sensu praedicto; aliqui non dare-<sup>5</sup>tur universale. Nam nulla una natura est sic in pluribus realiter et secundum se.

**605. Objicies 4<sup>o</sup>.** Unitas universalis, quam agnovit Scotus non est universalis a parte rei; sed unitas similitudinis est a parte rei, ergo non est illa quam agnovit Scotus;<sup>10</sup> ergo ex Scoto unitas universalis non est unitas similitudinis. Respondeo: distinguo majorem. Non est universalis a parte rei proxime et formaliter, sed universalitas logica, concedo majorem; fundamentaliter et remote seu universalitate metaphysica, nego majorem et concessa minorem nego consequentiam.

<sup>15</sup>**606. Instabis.** Ut natura formaliter et proxime universalis logicae requiritur tantum ut sit una unitate universalis, sed hanc habet a parte rei per nos, ergo reddit naturam universalem a parte rei. Probatur minor: quia habet illam unitatem conformantis seu re-<sup>20</sup>praesentabilitatis seu similitudinis a parte rei; ergo.

Respondeo: nego majorem. Nam ad proximam universalitatem debet considerari ab intellectu ut praecisa a singularibus, v.g. a petreitate, aliqui non erit una cum humanitate Pauli saltem realiter, quia<sup>25</sup> realiter est conjuncta cum petreitate et paulaitate per quas dividitur et redditur dissimilis et distincta.

**607.** Ex dictis collige quod unitas formalis realis minor unitate numerica nihil aliud est in homine (idem dicitur de caeteris) quam<sup>30</sup> similitudo et convenientia, quam inter se Petrus, Paulus et caeteri homines in praedicatis essentialibus. Quod haec similitudine dicatus unitas patet ex communi modo loquendi, cum enim videmus duo conformari sic ut difficile sit unum de alio discernere<sup>35</sup> illa dici solent unum et idem. Dicitur etiam

[p. 220]

unitas realis quia reperitur in natura realiter independenter ab intellectu.

### QUAESTIO III.

AN NATURA CUI PLURA INFERIORA REPUGNANT

<sup>5</sup> POSSIT DICI UNIVERSALIS?

**608.** Probatur faciliori quaestionis intelligentia, suppono quod universale, ut jam diximus, duplex est; metaphysicum describitur unum, logicum alterum. Metaphysicum describitur unum inesse multis, ideo<sup>10</sup> sistit in consideratione essentiarum in re. Logicum

vero addit praedicabilitatem de multis et describitur unum aptum inesse et praedicari de multis. Hoc supposito, quaeritur hic an aptitudo quam natura habet ad esse in multis debeat esse realis, adeo<sup>15</sup> ut nulla natura possit vere dici universalis nisi de facto et realiter possit multiplicari, an vero sufficiat ut intellectus eam concipiat absque repugnantia ad multiplicationem et absque singularitate, licet revera talis sit ex se. Thomisti<sup>20</sup> putant quod in Angelis omnes naturae sunt se incommunicabiles, v.g. natura Michael est absolute incommunicabilis, et tamen dici potest universalis, non in re sed intellectu. Contra vero asserunt Scotistas cum Subtili suo Magistro, cum quibus

<sup>25</sup> **609. Sit Conclusio.**

Aptitudo naturae ad esse in multis debet esse realis et a parte rei, ita ut si ei repugnaret esse in multis realiter non posse vere dici universalis. Probatur primo: si natura possit dici universalis absque aptitudine reali seu cum repugnantia<sup>30</sup> intrinseca ad multiplicationem, Natura Divina posse dici universalis. Sed consequentia est contra omnes, ergo et antecedens. Probatur major: quia nihil deest naturae

[p. 221]

divinae ad universalitatem praeter multiplicabilitatem realem, ergo nisi illa multiplicabilitas realiter seu aptitudo ad illam necessaria sit, sed sufficit illam intelligere singularitate poterit dici universalis.



<sup>5</sup> **610.** Nec obstat dicere

naturam divinam non esse universalem quia concipi nequit sine singularitate. Nam hoc gratis dicitur, nec enim magis implicat concipere divinitatem sine singularitate quam sine justicia, sine personis; <sup>10</sup> sed concipitur sine istis, ergo concipi potest sine singularitate.

**611.** Probatur secundo, quia si ad veram universalitatem nihil aliud requirat, quam ut natura concipiat

ab intellectu sine singularitate, licet a parte rei <sup>15</sup> non posset esse nisi singularis, species infima posse denominari genus. Hoc est falsum, et antecedens. Probatur sequela, quia natura specifica, v.g. humanitas, potest considerari absque eo quod concipiatur ultima determinatione ejus, ut si concipiatur praecise, ut animal rationale, <sup>20</sup> quia secundum ea praedicata non importat repugnantiam ad communicari pluribus naturis potius quam pluribus individuis, licet de facto illa communicatio repugnet; non ista v.g. tam poterit denominari genus quam species infima.

<sup>25</sup> **612.** Probatur tertio, quia de ratione essentiali universalis est

ut natura quae denominatur possit esse in multis, sed natura cui repugnaret esse in multis, non haberet illam aptitudinem nequidem per intellectum; ergo non esset universalis. Probatur minor: quia per intellectum non tolleretur illa <sup>30</sup> repugnantia, ergo neque daretur illa aptitudo. Probatur antecedens: quia vel illa natura conciperetur cum illa aptitudine vel cum repugnantia essendi in multis; sed neutrum dici potest. Probatur minor: si enim conciperetur cum aptitudine, conciperetur cum formalitate quae illi implicaret, ut suppo- <sup>35</sup> nitur; ergo per hoc non fit universalis. Secundo, si cum

repugnantia ad multiplicari, ergo cum repugnantia

[p. 222]

universalitatem.

**613. Objicies 1<sup>o</sup>.** Universalis ex Doctore est relatio rationis, ergo sufficit quod ratio apprehendet eam posse multiplicari, licet hoc repugnet a parte rei. Probatur consequentia:  
<sup>5</sup> quia ad relationem rationis sufficit terminus rationis. Respondeo: nego antecedentem et maxime de universali metaphysico. Nam primo, illud non est relatio rationis, nec id somniavit Doctor et quamvis admitteremus universale logicum dicere pro formali relationem rationis, tamen  
<sup>10</sup> esset cum fundamento in re, quod fundatum esset realis multiplicabilitas in essendo, alioquin esset universalis ficta.

**614. Instabis.** Aptitudo ad esse et praedicari de multis non inest a parte rei, sed per intellectum; ergo sufficit  
<sup>15</sup> quod natura aliqua possit concipi cum illa aptitudine quamvis illi repugnet a parte rei. Respondeo: nego antecedentem. Nam aptitudo ad esse in multis inest a parte rei, atque etiam ad praedicari saltem remote et fundamentalis. Haec enim est ipsamet aptitudo essendi in multis.

<sup>20</sup> **615. Objicies 2<sup>o</sup>.** Natura specifica Michael v. c. conceptu ut principio propriarum ejus operationum et ut distincta a natura Gabriele, non involvit necessario singularitatem, ergo sub hoc conceptu est determinabilis,

<sup>25</sup> et illa determinabilitas videtur indifferens ad Michaelitatem, non a parte rei sed per intellectum, ergo per intellectum est universalis. Respondeo: nego antecedentem, quia determinabilitas supponit indifferentiam quae non repugnaret illi naturae; indifferentia autem ad determinari per Michaelitatem repugnant illi. Deinde determinabilitas requisita ad universalitatem debet esse in natura quae latius pateat, quam differentia determinans quod non repugnaretur in natura Michaelis respectu michaelitatis in <sup>35</sup> sententia Thomistarum.

**616. Instabis.** Natura sic concepta de Michaele praedicari posset de illo, sed non posset praedicare de illo nisi ut species, ergo esset vera species [p. 223]

ergo per modum universalis. Probat minor: quia non posse praedicari nisi ut species, aut genus, aut differentia, aut proprio, aut accidens, sed non praedicatur ut genus, ut differentia, ut proprio et accidens, ergo ut species. Respondeo: nego <sup>5</sup> consequentiam et minorem probationis. Praedicaretur enim ut forma ejus singularis et adaequata michaelitati, non ut quod latius patens et si vellis per modum naturae specificae, sed non per hoc haberet veram rationem speciei.

<sup>10</sup> **QUAESTIO IV.**

**UTRUM DETUR UNIVERSALE A PARTE REI?**

**617.** Suppositis dictis de natura et conditionibus universalis et de ejus divisione in metaphysica et

logica, facilius est solutio hujus quaestionis. Quaeritur in<sup>15</sup> illa an a parte rei natura habeat unitatem et aptitudinem ad esse in pluribus et praedicare de illis, nam in his consistit essentia universalis.

**618. Sit prima Conclusio.**

Datur universale metaphysicum a parte<sup>20</sup> rei. Probatur, nam natura quae dicitur universale in essendo seu metaphysice, nihil accipit ab intellectu quod spectet ad universalitatem; ergo est universalis a parte rei. Probatur antecedens. Ad hanc universalitatem nihil aliud requiritur<sup>25</sup> in natura praeter unitatem et multiplicabilitatem seu aptitudinem ad esse in multis, sed natura neutrum habet ab intellectu, ergo. Minor patet ex dictis, ergo.

**619. Objicies 1<sup>o</sup>.** Si humanitas quae est in<sup>30</sup> Petro est universalis a parte rei, Petrus est etiam universalis; falsum est consequens, ergo. Probatur sequelam:

[p. 224]

humanitas Petri non distinguitur a Petro, ergo si illa est universalis, erit universalis. Probatur consequentia. Quod enim convenit a parte rei naturae alicui individui, convenit ipsi individuo, ergo. Respondeo: nego primam majorem, consequentiam secundi syllogismi et majorem<sup>5</sup> tertii, ut patet in divinis. Nam convenit naturae Petris communicari Filio, non vero Personae Patris quamvis persona divina indentificatur realiter naturae divinae.

**620. Objicies 2º.** Humanitas sic est

illi propria a parte rei, ut non possit convenire alteri, ergo  
<sup>10</sup> non est universale sed plane singularis a parte rei. Probatur  
antecedens. Est identificata a parte rei cum Petreitate, ergo non  
potest alteri convenire. Respondeo: juxta sententiam Scoti de  
natura communi, nego antecedentem. Nam secundum se et praecise  
considerata est indifferens ad petreitatem, pauleitatem,  
<sup>15</sup> nec aliud dicit nisi praedicata sua essentialia (ut  
supra diximus) et licet a parte rei sit realiter illi  
identificata, non sequitur quin sit conceptibilis sine  
illa et quin ab ea praescindat objectiva.

**621. Objicies 3º.** Illa huma-

<sup>20</sup> nitas esset universalis ex se et a parte rei, non possit fieri  
singulare quia non immutaretur per petreitatem. Respondeo:  
nego sequelam. Quia est simul singularis et universalis,  
est singularis realiter et formaliter, est universalis ra-  
tionis communitatis essentialis quam habet cum  
<sup>25</sup> aliis humanitatibus et singularis naturae individuatio-  
nis cui alteri identificatur.

**622. Sit secunda Conclusio.**

Non datur a parte rei universale logicum.  
Probatur ex ratio Scoti: quia per id natura recipit  
<sup>30</sup> formalem universalitatem logicam, per quam  
constituitur proxime praedicabilis de multis per mo-  
dum unius; sed natura id habet intellectu, ergo et uni-  
versaliter. Probatur: ut natura fiat praedicabilis  
proxime de multis per modum unius, debet cognosci esse  
<sup>35</sup> in multis per modum unius, sed non potest sic cognosci  
nisi per actum intellectus considerantis eam praeci-

[p. 225]

se de singularibus et comparantis eam iisdem  
singularibus in quibus illam sic videt multiplicatam;  
ergo.

**623. Objicies.** Nullo cogitante intellectu verum est  
<sup>5</sup> dicere Petrum et Paulum esse ejusdem specie; sed species est  
formaliter universale logicum, ergo. Respondeo: distingo majorem:  
esse ejusdem speciei fundamentaliter, concedo majorem. For-  
maliter, nego majorem. Petrus et Paulus habent similem na-  
turam seu unam naturam unitate similitudinis ex  
<sup>10</sup> quae sumitur intellectus fundamentum concipiendi  
illam per modum unius et praedicandi illam de singu-  
laris. Hoc ultimum dicitur universale logicum formaliter  
et proxime praedicabile de pluribus. Collige hinc quod  
universale metaphysicum est solummodo funda-  
<sup>15</sup>mentum universalis logici; illud dicitur univer-  
sale inchoatum, istud vero actuale et com-  
pletum.

FERNANDO BRACO OFM

## ÍNDICE

<i>Celina A. Lértora Mendoza</i>	
Introducción	5
Cursus philosophiae ipsius partes complectens, Logicam, nempe, Ethica et Metaphysicam	9
Praefatium	10
In Logicam sit praefatium	13
Logicae Pars Prima.	
De quatuor mentis operationibus	15
Sectio Prima.	
De intellectui percipiente	15
Caput Primum.	
Quid, et quotuplex sit idea	16
Caput Secundum.	
De idearum universalitate, particularitate et singularitate, ubi de quinque ideis universalibus	20
Caput Tertium.	
De veritate et falsitate, claritate distinctione, necnon de aliis divisionibus idearum	24
[Caput] Quartum.	
Quid est, quotuplex divisio, quaedam observanda ut recte fiat	27
Caput Quintum.	
Generalis entis realis divisio breviter explicata	29
Caput Sextum.	
De Aristotelis praedicamentis	32
Caput Septimum.	
De rerum prioritate, posterioritate et simultaneitate	36
Caput Octavum.	
De signo sensibili generatim sumpto, ejusque affectionibus	37
Caput Nonum.	
De voce prout est signum, et de nomine sive termino vocali	38



Caput Decimum.	
Ubi explicantur quidam termini inter disputandum occurrentes	40
Caput Undecimum.	
De terminorum proprietatibus	42
Caput Duodecimum.	
De definitione et ejus regulis	43
Sectio Secunda.	
De intellectu judicante	46
Caput Primum.	
Judicii natura explicatur	46
Caput Secundum.	
De origine vitiorum quibus judicia nostra labefactare solent, et quomodo illis sit occurrendum	47
Caput Tertium.	
De propositionis natura	49
Caput Quartum.	
De propositionis divisione	50
Caput Quintum.	
De oppositione propositionum	57
Caput Sextum.	
De propositionum conversione et aequipolentia	58
Caput Septimum.	
Ubi explicantur breviter propositionum censurae, quae in usu apud criticos, pro hujus secundum mentis operationes coronide	60
Sectio Tertia.	
De tertia mentis operatione seu de discursu	64
Caput Primum.	
Exponuntur ratiocinationis natura eiusque generalia principia traduntur	64
Caput secundum.	
De syllogismo	67
Caput Tertium.	
De simplicis syllogismorum figuris et modis	69

Caput Quartum	
De syllogismorum regulis	71
Caput Quintum.	
De syllogismis compositis	73
Caput Sextum.	
De reliquis argumentationibus speciebus	75
Caput Septimum.	
De argumentatione demonstrativa et probabile	77
Caput Ultimum.	
De falsis ratiociniis seu sophismatibus	78
Sectio Quarta.	
De quarta mentis operatione	81
Caput Primum.	
De metodo logico analítico, sive inventionis	82
Caput Secundum.	
De metodo synthetica, seu compositionis	83
Caput Tertium.	
De metodo disputandi	85
Caput Quartum.	
De metodo studentis	86
Logicae Pars Posterior.	
Complectens exercitationes scholasticas in quatuor mentis operationes	88
Disputatio Proemialis in Logicam in quam illius natura, objectum atque necessitas tractatur	88
Caput Primum.	
Ubi finis Logicae expenditur	88
Caput Secundum.	
Utrum si Logica sit scientia et qualis sit, et si an est ars?	89
Solvuntur objectiones	92

Caput Tertium.	
In quo consistat objectum Logicae	98
Solvuntur argumenta	100
Caput Quartum.	
Utrum Logica sit necessaria vel utilis ad scientias acquirendas	104
Solvuntur objectiones	106
Sectio Prima	
Exercitationes scholasticae in primam mentis operationem	108
Quaestio Prima	
An idea, sive ipsa rei perceptio potest esse falsa	108
Solvuntur argumenta	111
Quaestio Secunda.	
Utrum mens valeat convenientia relationem percipere inter ideas sibi mutuo repugnantes?	116
Quaestio Tertia.	
An voces primo et immediate significant res, num vero conceptus mentis?	118
Solvuntur contrariorum argumenta	120
Questio Quarta.	
Utrum voces articulatae sint ex natura sua significativae	213
Argumenta solvuntur	126
Sectio Secunda.	
Exercitationes scholasticae in secundam mentis operationem traduntur	131
Quaestio Prima.	
Utrum iudicium sit simplex mentis actus?	131
Responsiones ad objecta	132
Quaestio Secunda.	
Utrum iudicium sit actus intellectui vel voluntatis?	134
Solvuntur argumenta	136
Quaestio Tertia.	
Utrum iudicium sit ex natura sua affirmans?	139

Quaestio Quarta.	
An propositio vera possit mutari in falsam?	141
Contraria diluuntur	143
Quaestio Quinta.	
Utrum sensus intimus indubitabilem certitudinem pariat?	146
Solvuntur objectiones	148
Quaestio Sexta.	
Utrum claritas et distinctio idearum sit infalibilis veritatis regulae?	152
Solvuntur objectiones	156
Quaestio Septima.	
Utrum sensuum testimonium possit constitui regula veritatis circa corpora indeterminate spectata?	161
Objectiones solvuntur	171
Quaestio Octava.	
Utrum sensuum testimonium constitui posset veritatis regula circa corpora determinate spectata?	184
Solvuntur objectiones	186
Quaestio Nona.	
An, et quo sensu humana auctoritas veritatis regula habenda sit?	189
Solvuntur objectiones	193
Quaestio Decima.	
Utrum factorum supernaturalium seu miraculosum veritas possit ex hominum testimonio certo constare	202
Satisfit objectis	204
[Sectio Tertia]	
Exercitationes scholasticae in tertiam mentis operatione	207
Quaestio Prima.	
Utrum apud nobis vera existat scientia	207
Solvuntur argumenta	211
Quaestio Secunda.	
Utrum scientiae omnes de novo acquirantur?	221
Solvuntur argumenta	223
Quaestio Tertia.	
Utrum scientia, fides et opinio simul consistere possint in eadem	

mente, de eadem re?	225
Responsiones ad objecta	226
Exercitatio unica in quartam mentis operationem.	
Utrum generalis cartesiana dubitatio conferat veritati assequendae	231
Argumenta Solvuntur	236
Pro coronide hujus ultimae intellectus operatione.	
Quae primo: quid sit methodus scholastica, quidque mathematica	239
Index notabilium.	
Quae in hac prima Philosophiae parte continentur	242
Tractatus unicus supplementum ad logicam	
Duplicem disputationes complectens	248
disputatio prima: de identitate et distinctione	248
Articulus primus	
In quo varia exponuntur identitatis et distinctionis genera	248
Articulus secundus	
An in creatis inter attributa metaphysica ejusdem rei admittenda sit distinctio formalis ex natura rei?	251
Solvuntur Argumenta	256
Disputatio secunda.	
De universalibus	263
Articulus doctrinalis	263
Quaestio Prima.	265
An detur universale?	
Solvuntur Argumenta	271
Quaestio Secunda.	
Utrum admittendae sint naturae in quibus de facto dentur unitas formalis	272
Argumenta solvuntur	280
Satisfit argumenta	284
Quaestio Tertia.	
An natura cui plura inferiora repugnant	

possit dici universalis?	286
[Objectiones]	289
Quaestio Quarta.	
Utrum detur universale a parte rei?	290
[Objectiones]	291

FERNANDO BRACO OFM

**Fernando Braco OFM**

Logica- 1795

De objecto et necessitate Logicae

De veritate et falsitate

De praedicamentis

De definitione

De syllogismo

De methodo

De scientia

De identitate et distinctione

De universale

ISBN 978-987-4483-67-6



9 789874 483676